5 ubi plura adducunt.†Facere fornacem in loco,de quo in sñia, singulorũ hominũ istius loci respicit cõmoditatem & vtilitatem,vnde sñia dans dictam licentiã vr̃ ut singulis illam dedisse
6 non vt vniuersitati per superius dicta.† Quibus accedat doctrina Bal.in rub.C.ad Treb.volens, ꝙ ꝯstituens procuratorẽ ꝯ oẽm personã non vr̃ cõstituisse ꝯ vniuersitatẽ,ita licentia prædicta concessa oĩbus dicti loci vr̃ esse cõcessa uti singulis non vti vniuersitati, ad quæ plura adducit Fel.in d.c.cum dilectus.
7 †Ad quod ẽt: quia si ꝯsideraretur dicta lnĩa cõcessa ut uniuersitati: tñ quia (vt audio) vniuersitas est parua,& oĩa ea pñt cadere in singulos,singuli sunt in cõsideratione ẽt in delictis, & sic in materia odiosa & pęnali, quanto fortius in materia nñ honesta & iusta,& no.in d.c.cum dilectus,& per Fel.in d.c.insuper.col.3. versi.3. no.†Præterea si dicta licentia fuisset con-
8 cessa vt vniuersitati: tñ respectu usus, & cõmodi vr̃ cõcessa ut singulis,& ideo quisq; singularis põt ea uti,licet singularis solus disponere nõ possit.c.qđ oẽs, de reg.iur.& per Bar. in l.serui electio.§.Labeo.ff.de leg.1.per gl.in d.c.cum oẽs. de cõstit. & ibi scrib.col.8.& seq.quisq; ergo singularis facere põt fornacem & dicto commodo vti: cum cõmodum unumquẽq; par-
9 ticularẽ spectet.†Et quia sermo appositus in sñia modo aliquo non denotat uniuersitatẽ,sed tm̃modo singulos ibi, oib. & io ut singulis vr̃ ꝯcessa licẽtia per ea,quæ uoluit Host. in sum. de rescr.§.qm̃ uersi.quid si Papa.& Bal.in c. sedes. de rescrip.ubi tenet, rescriptũ ꝯcessum ꝯ hoĩes de tali collegio non cõprehẽ
10 dere collegium.¶†Rursus aduertendum, ꝙ licentia ꝯcessa est omnibus,si omnibus,ergo unicuique,nã qui oẽs dicit, nullũ excludit.l.a procuratore.C.mand.c.solitæ.de maio.& obediẽ
11 †Dictio enim omnis, licet sit uniuersalis: tñ est uniuersalis distributiua & nõ collectiua,ſm ꝙ declarat Bar.in d.l.si plures
12 in prin.& in fi.de leg. 2.& in l.hoc art.ff.de hæ.insti.†ꝯcluditur ex subiecta materia uniuersalẽ poni distributiuè, & maximè in sñia,in qua oẽs ꝯdemnantur,uel absoluuntur &c.& dictio omnes,distributiuè stat.l.si plures una sententia.cum simili.†Lex
13 enim

enim vtitur quãdoq; ſinonimè dictis nominibus vniuerſis &
ſingulis &c.& nõ ꝙ appellatione omnium , & vniuerſorũ nõ
venirent ſinguli;quia bene veniunt,ſed ad tollẽdum huiuſmo
di ſcrupuloſitatẽ, vt in pũcto dicit Hoſti.in c.nimis.el primo,
in fine,de exceſ.prelat.& multa adducit Fely. in d.c.eã te.col.
12.verſi.ex his infert,vnde ſi ſentẽtia dixiſſet, omnibus & ſin-
14 gulis,nulli dubium,quòd † ſinguli potuiſſent facere fornacẽ
pariter, ex quo dicit omnibus, ſinguli veniunt,& fornacẽ fa-
15 cere potuerũt; cum prædicta æquipolleãt,vt.s. Ad†quod ẽt
quia materia ſubiecta iſtud ſuadet; cũ commodũ in particula
ri repræſentetur,vt.s.conſequenter vt ſinguli conſiderãtur,vt.
16 nota.Fely.in d.c. eam te.col.x.verſi.prima declaratio:†Prout
etiã:quia ſequentia declarant præcedentia.l. ſi ſeruus pluriũ.
de leg.j.lege cum quis.de lega.3.& vnum capitulum declarat
per aliud.l.3.ff.de libe.& poſth.l.vtrum.de petit.hæred. cum
17 ſimil. Sed † ſequentia capitula ſententiæ, & laudi clarè com
prehẽdũt ſingulos reſpectu inciſionis lignorum,& paſcuorũ,
& traductionis animaliũ,pariter & reſpectu fornacis faciẽdæ
cum in illis,vt ſinguli capiantur: quia commodũ ſingulos re-
18 ſpicit. Ad †quod etiã: quia in dicta ſententia aliqua prohibẽ
tur hominib.p̃dicti loci, vt nõ poſſint facere nouas caſas &c.
Si iſtud intelligeret reſpectu vniuerſitatis, & nõ ſingulorum
ſequeretur,ꝙ vniuerſitas eſſet prohibita nõ autem ſinguli,cõ-
ſequenter ſinguli tanquã non prohibiti poſſent prædicta veti
ta,& prohibita facere, quod minimè dicendũ, pariter & in ca
ſu noſtro, ut licẽtia videatur conceſſa etiam vt ſingulis, vnde
ſiue dicamus licẽtiam conceſſam,vt ſingulis,quod dicendum
eſt ex ſuperius deductis,habemus intentum,ſiue dicamus cõ-
ceſſam,vt vniuerſitati.Tamẽ:quia commodum reſpicit ſingu
los,vt ſupra, ſinguli habuerũt licentiam faciẽdi, conſequẽter
19 omni caſu ſinguli potuere fornacem cõſtruere.Fortius†cum
ſinguli conſtruxerunt populo illo ſciẽte,patiẽte, vidẽte, & nõ
contradicente. Iſtis concurrẽtibus tales fornaces dicuntur vt
ab vniuerſitate cõſtructæ,prout in fortioribus terminis iſtud
probatur in materia delicti,quãdo delictum non eſt momen-
taneum,ſed ſucceſſiuũ,licet nõ communicato conſilio & alijs
requiſitis fuerit commiſſum: tamẽ ſi fuit toleratum,videt ra-
tum habitum,& vt ab vniuerſitate factũ puniri põt,licet a ſin
gularibus factũ fuerit, vt notat Bar.in l.aut facta.ff. de pen.&
plenè per Fely.in d.c.cum dilectus, col. fi.& per eũdẽ in d.c.
cũ omnes, col.xv.& ſeq.ubi plura adducit,ut ẽt alibi facit: cũ
itaq; conſtructio fornacis ſit actus ſucceſſiuus viſus,toleratus
ab omnibus illis,licet particulares fecerint;tamẽ videt ab om
nibus fornax facta,conſequẽter licitè ex verbis & tenore ſen-
tẽtie,ad quæ etiã no.in vulg.l.Barbarius.ff. de offic. præto.cũ
20 alijs vulga. ¶Ex † iſtis infertur ad reſolutionẽ ſecũdi dubij, ꝙ
etiã ſi nõ potuiſſent facere ſinguli fornacẽ, licet contrariũ ſit
veritas,vt ſupra,tamẽ propria auctoritate nõ licuit illis de ſan
cto Marco illã deuaſtare, & ius ſibi ipſis dicere, ex quo facto
incurrerunt pœnã.l.extat. ff.quod me.cau.l. meminerint . C.
vnde ui.& plenè habet in l. iuſtè poſſidet. ff.de acqui. poſſ.&
plenius per Mod.in l.iubere cauere.ff.de iuriſd.om.iud.& vl-
tra pœnã incurſã p eos, de qua in locis ſuperius alleg. tenẽtur
ipſis,quib.fornacẽ cõceſſerũt,ad emẽdã damni,& intereſſe,to
to tit.ff.C. & inſtitut.ad.l.aquil. cum alijs vulga. P. Pariſius.

S V M M A R I V M.

1 *Capitulum,& canonici an poſſint ſtatuta facere.*
2 *Et quid ſi tendunt contra bonos mores , & cõtinent inhoneſtũ, & num.3.*
4 *Quòd non pulſetur compana,eſt contra bonos mores, & inhoneſtum,& num.5.*
6 *Quòd non oſtendantur reliquiæ,eſt contra bonos mores, & inhoneſtum,& num.4.*
7 *Statutum etiam iuratum contra charitatem , & laudabilem conſuetudinem non valet.*
8 *Idem quando eſt cõtra diuinum cultum , & bonum publicum.*
9 *Idem quãdo tangit ſtatũ,honorificẽtiã,ſeu reuerentiã eccleſiæ.*
10 *Quod non poteſt fieri per pactum,non poteſt fieri per ſtatutũ, & econtra,an valeat argumentum.*
11 *Statuta facta per canonicos in caſu illicito, ut valeant , ſub qua forma debent fieri.& num.12.*
13 *Et ſi ſtatutum ſit ad alienãdum , quam formam debet habere.*
14 *Et quid ſi collegium eſt paruum,vt canonicorum.*
15 *Debent congregari ad iſtum effectum,& non caſu.*
16 *Et capitulariter debet fieri,& iſtud dicendum eſt.*
17 *Capitulariter factum quando dicatur.*
18 *Concordia tendens in alienationem non valet inter clericos, & nu.29.& ſeq.*
19 *Niſi interueniant requiſita à iure.*
20 *Pacta contra leges non valent.*
21 *Minus ſi ſunt contra bonos mores.*
22 *Idem ſi ſunt illicita,& inhoneſta.*
23 *Succeſſor non tenetur ſeruare pacta illicita.*
24 *Idem ſi tendit in detrimentum animæ.*
25 *Idem ſi pactum eſſet turpe.*
26 *Quod eſt honorificum eccleſiæ,vtile eſt.*
27 *Pactum ſuper re ſpirituali non obligat ſucceſſorem.*
28 *Capitulum æquiparatur minori,& læſum reſtituitur.*
29 *Capitulum & canonici non poſſunt alienare niſi ſeruatis &c. & num.18.19.*
30 *Si vna eccleſia ſubijcitur alteri,alienationem ſapit,& nu.31.*
31 *Idem de vno capitulo ad aliud capitulum.*
32 *Dare de iure vnius eccleſiæ alteri alienationem ſapit.*
33 *Suprimere præeminentiam vnius eccleſiæ, alienare eſt.*
34 *Imponere ſeruitutem alienare eſt.*
35 *Seruitus eſt contra libertatem.*
36 *Pacta quando & quo caſu debent ſeruari.*
37 *Pacta illicita,iniuſta,inhoneſta,& ſimilia tractu temporis non reconualeſcunt.*
38 *Etiam reciproca adhuc non ſunt ſeruanda.*
39 *Superiores quando & quo caſu poſſunt aſtringere ſucceſſores ad iurandum.*
40 *Iuramentum perſonale eſt ex parte iurantis.*
41 *Iuramentum an validet huiuſmodi pacta illicita & ſimilia.*
42 *Statuta etiam iurata quando ligant ſucceſſores.*
43 *Capitulum & canonici , an & quando poſſunt tollere ſtatuta etiam iurata.*
44 *Et an & quãdo per vnum actũ contrariũ tollantur, & nu.45.*
45 *Sublato ſtatuto etiam tollitur iuramentum.*
46 *Nec propterea incurritur periurium.*
47 *Iuramentum præſtitum contra illud,quod eſt honorificũ eccleſiæ,dicitur præſtitum contra vtilitatem eccleſiaſticam.*
48 *Iuramentum ſuper rebus eccleſiaſticis præſtitum non valet.*
49 *Iuramẽtum recipit omnes illas qualitates & cõditiones &c.*
50 *Iuramento obſtant plures exceptiones.*
51 *Decreta illicita poſſunt reuocari,& ab illis recedi.*
52 *Frangenti fidem fides frangatur eidem.*
53 *Frangenti iuramentum frangatur eidem.*
54 *Non tenetur quis promiſſa iurata ſeruare illis, qui eadem iurata non ſeruant.*
55 *Statuentes quando poſſunt recedere a ſtatuto etiam iurato & confirmato a ſuperiore.*
56 *Et quid ſi non eſt ſtatutum confirmatum a ſuperiore.*
57 *Iuramẽtũ ſeruandi ſtatuta nõ ſe extẽdit ad illicita,& ſimilia.*
58 *Et ſi ea non ſeruant,non propterea incurrunt periurium.*
59 *Nec tenetur petere abſolutionem a iuramento.*

CONSILIVM XCII.

Pro primi dubij clariori reſolutione cõſidero ,ꝙ ꝯcordię
initę inter pręfata capitula , & canonicos ipſorũ poſ-
ſunt nominari , vel in uim ſtatutorum & decretorum , vel
in vim pactorum, tranſactionum, & conuentionum, & quo-
cunq; modo conſiderentur. dico dictas concordias non te-
nere, & licitũ eſſe capitulo, & canonicis beatæ Martæ ab illis
recedere inuitis cap.& canonicis.S.Seruatij.Cõſiderãdo nãq;
dictas ꝯcordias ĩ uim ſtatutorũ, & decretorũ fuiſſe factas, uti
ꝯſiderauit primus ꝯſultor,diſcutiẽdũ venit,an p̃dicta capitula
& canonici ipſorũ potuerint dicta ſtatuta facere, vel dictas cõ
1 cordias in vim ſtatutorũ .Et † licet in iure magnũ extet du-
biũ,an capitulũ & canonici pñt ſtatuta facere,de quo p Bar.&
repe.in l.oẽs populi.ff.de iuſti.& iur.& ĩ l.cũctos populos.C.
de ſum.trin.& fid.cath.Anch.& doct.in c.1.de cõſti.& ĩ c.cũ
oẽs.& c.cũ acceſſiſſẽt,eod.tit.& ĩ c.ex parte decani , de reſcri.
2 & Mil.ĩ repertorio ĩ ver.ſtatutũ.Tñ† ſequẽdo opinio.gl.ĩ ver.
ſtatutũ, in c.2.de verbo. ſign.lib. 6.& Io.And. ibidẽ,q̃ ſeruat,
vt no.Rot.in antiquis,deciſi.167.dico,ꝙ capitula,& canonici
prædictarũ eccleſiarũ nõ potuerunt facere ſtatuta , ſeu ꝯcor-

3 dias prædictas in vim statutorum.Primò †quoniam capitulũ
& canonici nõ possunt facere statuta tendentia contra bonos
mores & cõtinentia aliquod inhonestum, ita Bart.in l. ambi-
tiosa,per illum text.ff.de decre.ab ordi.faciẽ.& expressius idẽ
Bart.in d.l.omnes populi.col.9.sed prædicta statuta sunt con
tra bonos mores, & continentia inhonestũ, ergo. ꝙ cõtineãt
4 inhonestũ, & sint contra bonos mores deducitur. Nam †sta-
tutum seu cõcordia vltimo loco facta, ꝙ nõ debeat pulsari cã
pana magna,& nõ debeant ostendi reliquiæ,expressè est ꝯ bo
nos mores,& continet inhonestum: retrahit enim homines a
deuotione,a bonis operibus,& ab honorificentia & reuerẽtia
diuina,contra quæ statuta non possunt fieri, nec facta tenent.
5 Pulsatio †enim campanæ ad conuocandum gentes & populũ
ad audiendum diuina & ad præstandam debitam reuerentiã
Deo & sanctis est licita & permissa; vt notat Io. Andr. in c.1.
6 de officio custo.refert Bal.in rubri.C.de dedi.liber.tolle.† Et
ostẽsio reliquiarũ antiquarũ licita est & ꝑmissa. c.2. de reli.&
vene.sanc. in antiquis, cũ alijs allegatis per primũ cõsultorẽ.
si igitur ista sunt licita & permissa , ac continentia honestũ &
bonos mores, statuere contrarium continet illicitũ, inhone-
stum,& est ꝯ bonos mores, ꝯñr tale statutũ non põt fieri,nec
7 factũ tenet,iuribus.ꝯ alleg.Ad † qđ etiam: quoniã statutũ cõ-
tra charitatem & laudabilem consuetudinẽ non valet etiam
iuratum,ita Lapus alleg.20.si vacãte sede. allegat text. in c.2.
de verbo.signific.lib.6.vbi habetur, ꝙ etiam canonici & capi-
tula & alij habentes potestatem statuẽdi non possunt statuere
circa tangentia alios,& ꝯ charitatem & laudabilem consuetu-
dinem,& si statuũt,talia statuta etiã iurata nõ valent, ita est in
casu præsenti, nã ꝙ nõ pulsetur campana, & ꝙ nõ ostẽdantur
reliquiæ,est ꝯ charitatẽ, & contra laudabilẽ consuetudinem,
patet ad sensum,& tangit tertios,qui per sonum cãpanæ irent
ad ecclesiã,& viderẽt reliquias,si ostẽderẽtur caperentque in-
8 dulgentias consulendo ipsorũ animabus, unde &c.Prout † ẽt
quia statuta facta ꝯ diuinũ cultum & fauorẽ publicum non
valẽt,nec tenent,ita Card.cõs.130.In quadam ecclesia cathe-
drali.& Innoc.in c.accedẽtibus,col.2.de priuileg.& Modern.
in d.c.cum oẽs, in secunda fallen. & in d. c. cum accessissent,
col.2. in casu nostro nõ pulsare campanam, itẽ nõ ostendere
reliquias, est ꝯ cultum diuinũ & fauorẽ publicum. Patet† ad
9 sensum,ergo.Ad quorum confirmationem facit: quia in his,
quæ tangunt statũ vel honorificentiam seu reuerentiã eccle-
siæ,capitulum & canonici nõ possunt statuere.c.nouit. de his
quæ fiunt a prælat.fine cõsen.cap.& in cap.cum ꝯsuetudinis,
de consuet. & gl. in verbo statutũ, prealle. & Lapus in dicta
allega.20.quæ omnia verificantur in præsenti casu,igitur &c.
10 Et † faciũt pro ista cõclusione omnia, quæ infra adducẽtur,
dũ tangam caput pacti & trãsactionis: cũ validũ sit argumẽtũ
in casu nostro,quod nõ põt fieri ꝑ pactũ,minus & ꝑ statutũ,si
cut eꝯ,de quo plenè ꝑ doctores in l.fi.C.de pactis,& in c.1.&
11 2.de ꝓbationib.cũ alijs simil.Præterea† posito,ꝙ cõtẽta in in
strumento primæ concordiæ tangerent singularia negocia
capitulorum & canonicorum & non ecclesiarum,cuius con-
trarium infra ostẽdam , & ꝯñr prædicta capitula & canonici
potuissent facere statuta super illis, iuxta glo.in d.c.2.de ver-
12 bo.sign.cũ alijs supra adductis.Tñ† vt dicta statuta ẽt in casu
præfato valerent, debebãt fieri licito & legitimo modo ,&
seruata forma & solẽnitate a iure tradita,scilicet ꝙ omnes ca
nonici cõuocarent, & ꝙ ĩ loco ad id ordinato cõuenirẽt,& ꝙ
saltim maior pars duarũ esset præsens, & alia cõcurrerent, de
quibus ꝑ glo.in l.aliud.§.refertur. ff. de reg.iu. & ꝑ Bar. Alb.
de Ros. & alios ĩ l.nulli.ff.qđ cuiusq; vniuer.nom.& pulchrè
ꝑ Bar.in l.qđ maior.ff.ad muni.& ꝑ eundẽ in l.1.ff. de decre.
ab ordi.faciẽ.& ibi Alex.in l.1.& 2.de albo scriben.& in d.c.
cũ omnes,& plenè ꝑ Franc.Paui.in tra.de põt.capi.sede vacã.
folio.5.versic.præmitto quintò, & Bart.ĩ d.l.oẽs populi,col.
5.in 2.q.principali,& Ioan.Andr.in c.1.de his quæ fi.a maio.
13 par.cap. & Felyn. in c.eã te. col.ix. de rescr. in tantũ ꝙ † qñ
fit actus, vel statutũ ad alienandũ, vt est in casu nostro,neces-
se est,quòd describantur nomina omnium canonicorũ: vt di
cit Bart. in d.l.1. de albo scriben. & idem est in alijs actibus,
qñ collegium est paruum canonicorũ,vt expressè not.Barto.
14 ibidem in fi.verbis,& Alex.in add.volens† ꝙ non sufficit di
cere, congregato cõsilio,nisi dicatur, ꝙ duæ partes interuene
runt consil.& ꝙ describantur nomina, & decreta aliter facta
sunt nulla ipso iure, ita Bar.in d.l.ambitiosa, colũ.2.in princ.
15 Et † non sufficit esse congregatos a casu, sed est necesse cõgre
gationem fieri ad talem effectum, ita Alex.in d.l.nulli, vbi ad
16 dicit multa.† & nõ sufficit dicere, ꝙ capitulũ tale fecit istud,
nisi expressè dicatur,ꝙ fuit factum capitulariter,ita Anch.cõ-
si.243.Ad prædicta dubia,refert & sequitur Fely.in d.c.eã te.
17 colũ.10.& col.15.ubi melius declarat. Et † tũc dicitur factũ
capitulariter, quando præcesserunt signa capituli, vt puta so-
nus campanæ,uel alia conuocatio,locus,ordo,& alia requisi-
ta,ut ꝑ Fely.post alios in d.c.eam te.col.10.in prima declara-
tione allegantem quotas.Et qm̃ ex lectura instrumentorũ pri-
mę & secũdæ cõcordiæ clarissimè patet,prædicta nõ fuisse ser
uata,cõcludit necessariò , ꝙ ẽt si dicta capitula & canonici ha
18 buissent potestatẽ faciẽdi.Tñ† quia in statuẽdo nõ seruarunt
formas & solẽnitates requisitas vt supra,talia statuta & decre-
ta nõ valuerunt,nec tenuerunt,& fuerunt,& sunt nulla per su
perius dicta.Ad quorum cõfirmationẽ accedat;nã, ut infra ꝓ
babitur, dictæ cõcordiæ sapiunt, & sonant in speciem aliena-
tionis,quo casu ẽt si oẽs de capitulo nemine discrepãte expres
sè cõsensissent, & ẽt si seruata fuisset forma , de qua supra, ad-
huc talis actus,& talis cõcordia nõ valerent,tãquã factus lege
ꝓhibẽte.l.iubemus.§.scientes.C.de sac.sanc.eccle.Bar.in d.l.
19 qđ maior.in fi.verb.& in d.l.ambitiosa, col.2.†Qñ.n.tracta-
mus de alienatione,vt in casu nostro, nedũ requiritur consen-
sus omniũ, & solẽnitates, de quibus supra, sed ẽt requirit de-
cretũ superioris, vt vult Bar.in d.l.nulli, col.2.& in l.actor.ff.
rẽ rat.hab.col.2.in uersi.venio ad actorẽ, ꝑ text.in l.1.& 2. C.
de seru.reipub.manu.in casu autem nostro nullũ ĩteruenit de
cretũ superioris, ergo. ¶ Secundò principaliter possumus cõ-
siderare cõcordias præfatas fuisse inhitas in vim pacti & tran
sactionis,& ẽt isto casu tales cõcordiæ nõ valuerunt, nec va-
lent.Primò ex his,quæ diximus in pręcedẽti articulo:nã cũ ꝑ
statutũ nõ possent fieri , & facta nõ teneãt, pariter & ꝑ pactũ:
cũ validũ sit argumentum de vno ad aliud isto casu,vt ibi di-
20 ximus.Secũdò: †quia pacta ꝯ leges facta nõ valent,l.iurisgen
tiũ.§.prætor ait.ff.de pac.l.pacta quæ ꝯ. C.eod.tit.not.in l.nõ
dubiũ.C.de leg.cũ simil.In casu nostro pactũ istud tale est,nã
ꝑmittit lex pulsationẽ cãpanę & ostẽsionẽ reliquiarũ , pactũ
verò hoc ꝓhibet,unde &c. Vt fuit ꝓbatũ in ꝑcedẽti articulo
21 de pulsatione cãpanæ & ostẽsione reliquiarũ. Præterea† pacta
ꝯ bonos mores facta ñ tenẽt d.l.pacta q̃ ꝯ,& sũt ipso iure nul-
la,vt ꝑ gl.in c.fi.extra de pact.intãtũ ꝙ ẽt iurõ nõ firmãtur,re-
gula,nõ est obligatoriũ, de reg.iur. lib.6. cũ simil.pactũ vero
22 nostrũ ꝯ bonos mores est,patet ad sensum,ergo.Prout † ẽt, nã
pacta illicita & inhonesta non ualent nec confirmari possunt
per superiorem.c.cũ pridẽ,in rõne sui ibi,illicitẽ pactionis,ex
tra de pactis & ꝑ gl.in d. c.fi.& est text. expressus extra de pa-
23 ctis lib.6.c.fi.pactũ uerò istud illicitũ est, unde &c. † Et suc-
24 cessor nõ tenet seruare ꝑctũ illicitum.c.2.de procu.† Ad qđ
ẽt,nã pactũ tendẽs in detrimentũ animæ nõ est seruãdũ. c.fi.
de pac.extra,cũ sim.& est ipso iure nullũ,vt ibidẽ no.istud est
25 tale:cũ retrahat homines a bonis animæ, igit &c.† Præterea
pactũ turpe nullũ est d. c. fi. cũ simi. & turpe dr̃, qñ fit de re-
bus spiritualibus, vel qñ fit sup his, q̃ sui natura sunt bona &
licita , vt in d.c.fi.ꝑ gl.& alios, vt ꝓpriè est in casu nostro, ꝙ
procedit,ẽt si fuisset iuramẽto firmatũ, vt in terminis vult gl.
26 in dicta regu.nõ est obligatoriũ. Prout † ẽt:quia illud , quod
est honorificũ ecclesię,dr̃ esse vtile,ita Bald.in c.1.tn tit.epis-
co.vel Abb.& quia cõtrariorũ eadẽ est disciplina. illud, quod
nõ est honorificũ,nõ est vtile.in casu nostro cõcordiæ nõ ĩdu-
cũt honorificẽtiã , cõseqũter nec vtilitatẽ,& sic fieri non po
tuerunt:cum tendant in damnũ,nec prædictæ cõcordiæ cõti
27 nent honorificentiã,ꝯñr damnum & inutilitatem.Prout †ẽt
pactum seu transactio super re spũali non obligat successorẽ
cap.veniens,& ibi gl.extra de transact.& nedũ successor reuo
cat,& reuocare potest,sed etiã ille,qui fecit:cũ nõ fuerit cõfir
matũ modo aliquo a superiore,ut in casu nostro,& qui fecit,
reuocat indistinctè & sine dubio, saltim ꝑ uiã restitutionis in
integrum,vt tenent ibi gl.& doct.de qua restitutione nihil di
co: cum plenè sup hoc fuerit allegatum per magnificũ domi
28 Consultorẽ.Ad †quæ accedat: quia capitulum æquiparat mi
nori, vt possit in integrũ restitui: vt vult Ab.Phili. Fran.& alij
29 ꝑ illũ text.in c. significauit, extra de appellat. cũ similib.† Et
quia pacta & conuentiones seu cõcordiæ, de quibus in primo
& secundo

&c secundo instrumento sapiunt speciem alienationis,ꝯñr fa-
ctæ a capitulo & canonicis nõ valuerunt, nec valent: cũ ĩ illis
nõ fuerint seruatę solemnitates a iure requisitę,ut de omnib.
plenè habet ĩ aucté.hoc ius porrectũ.C.de sacr.sanc eccl.& in
toto tit.de reb.eccl.nõ alie.in antiq.lib.6.& in clem.& ĩ auct.
de sanc.episc. & per Rot. in no. decis.229. & plenissimè per
Franc.Cur.in trac.de feud.in 2.par.principali,q.4.& ferè per
totum,& Deci.consil.36.& consil.142.cum alijs concord.ꝙ
non fuerint seruatæ solẽnitates patet ex lectura ĩstrumẽtorũ.
30 Quod† sapiant speciem alienationis probat: quia p dictas cõ
cordias una ecclesia subijcit alteri, & canonici & capitulum
vnius ecclesiæ subijciunt alteri, ꝯñr pacta, & trãsactiones sup
tali subiectione nõ possunt fieri,& facta nõ tenẽt,ut est tex.in
31 c.præterea quãto,extra de trãsactionibus,† ex quo sapiũt spe
ciem alienationis; vt not.ibi & negari nõ potest per dictas cõ-
cordias submissionem fieri de vna ecclesia ad aliã,de uno ca-
pitulo & canonicis ad aliud & alios, & dictæ submissiones in
iure prohibentur fieri: cũ sapiãt speciẽ alienationis,ut est text.
32 in c.2.de reb.eccl.nõ alien.lib.6.Item† dare de iure vnius ec
clesiæ alteri sapit speciẽ alienationis. c.1.de reb. eccl.nõ alie.
lib.6.cle.fi.eod.tit.in casu nostro de iurib. unius ecclesiæ dat
33 alteri, ergo.Et† supprimere præeminẽtiam vnius ecclesiæ est
alienare.clem.1.de reb.eccles.non alien. & hoc fieri nõ põt,
vt no.ibi.etiam per omnes canoni. vt volũt Moder. in d. c.cũ
34 accessissent,col.7. Et† qa imponere seruitutẽ, est species alie-
nationis,ita Andr.de Iser.& Bal.loquẽtes in materia feudali,ĩ
titu.de inuestitu.de re alie.fact.And.col.2.Bal. in octauo con
trario,& plenius per Franc.Cur.in d.tract.de feud.in 4.parte
35 principali,q.14.cum simi.† Cõfirmatur: nã imponere serui-
tutem est uenire contra libertatem, quod in re ecclesiastica ꝓ
hibitũ est: ut not.per Modern.in c.venerũt,de sentẽ. excõmu.
& per Lapũ allega.92.& Alex.cõsi.212.in 2.volu.cũ similib.
Cum itaq; prædictę concordię sapiãt speciem alienationis,ut
supra,& in illis non fuerit seruata solemnitas & forma requisi
ta a iure, sequit quòd sunt ipso iure nullæ, quibus non habet
obstare,quòd saltim apparenter videntur dictæ concordiæ li-
citæ, & consequenter nõ sunt ipso iure nullæ. nã respõdetur,
ꝙ immò apparenter sunt illicitę,patet ex supra deductis, & si
apparẽter viderent licitę,adhuc nõ fuit seruata forma & solen
nitas,& si fuisset seruata forma & solẽnitas & eẽt apparẽter li
cita,adhuc tñ competit restitutio in integrũ: vt expresse volũt
scribẽ.maximè Fely.in c. quæ ĩ ecclesiarum. extra de cõstit.in
36 prin.vbi ad hoc alleg.multa.Nec habet obstare,si diceret† ꝙ
pacta debẽt seruari d.l.iurisgẽtiũ. §.prætor ait,& c.1. extra de
pact.cũ si.quia istud verum,nisi pactũ sit illicitũ,nisi sit cõtra
legẽ, nisi sit inhonestũ, nisi sit cõtra bonos mores, nisi sit tur-
pe, & nisi sit de illis, de quibus supra, & ideo nõ possunt ĩtro-
duci p pactũ, vt expresse vult.d. Dioni.post alios ĩ l.peto.§.fra
37 tre. ff.de leg.2. Prout† nõ habet obstare,si diceret,ꝙ lõgo tẽ
pore dicta pacta fuerũt seruata c.cõtingit.ĩ fi.de trãs.Nã respõ
detur,ꝙ pacta,de quibus supra,nullo tractu temporis recon-
ualescũt,nec firmant,vulga.l.qđ ab initio.ff.de reg.iur.& vul.
38 reg.nõ firmatur.de reg. iu. lib.6. Quibus† nõ habet obstare
si diceretur,ꝙ dictæ cõcordię sunt reciprocę, & ꝯñr respectu
reciprocitatis deberẽt valere: qm̃ respõdetur,pacta ꝯ leges,cõ
tra bonos mores,illicita,inhonesta,turpia,& tendentia in alie
nationem,& inhonorificentiam diuinam, in submissionem,ĩ
seruitutem,& alia, de quibus supra, nõ valere, nec tenere res-
pectu reciprocitatis, & nullibi reperit hoc iure cautũ, immo
totum contrarium.Præterea negatur in facto, ꝙ sit omnimo-
39 da reciprocitas. ¶†Quò verò ad illud, an superiores potue-
rint astringere successores ad iurandũ.dr ꝙ nõ,in materia illi
cita, inhonesta, & alia, de qua supra, & no.c.ego. N. extra de
40 iur.iur.cũ si.† maximè cũ iurm̃ ex parte iurãtis sit psonale,&
nõ trãseat ad successores, vt expresse hr̃ per Io. And.& domi-
41 Ant.& alios ĩ c.veritatis. eo.ti. cũ ꝯcor. Et† quia statura pfa-
ta,seu pacta nõ valuerũt, nec valẽt,ut s̃.fuit ꝯclusum, ꝯñr ip-
sis sublatis tãquàm principale,tollit iurm̃ ẽt tãquàm accesso-
riũ,uulga.reg.accessoriũ, de reg.iur.& c.2.de pcario,& est de
cisi.ĩ terminis do. Lap.all. 21. Ad dubiũ, q̃ uult ĩ materia ꝓ
pria statutaria,ꝙ q̃ñ iurm̃ est temerariũ,& ꝯ laudabilẽ ꝯsuetu
dinẽ,nõ est seruãdũ, & sic potius est timẽda pęna temerarij
42 iuramẽti obseruationis,quàm trãsgressionis ipsius† q̃ñ statu
ta ligẽt successores ẽt iurata,hr̃ p Bar. remissiuè in d.l. oẽs po-
puli,vbi scri.& in d.l. cũctos populos, & per doc.in d. c.1.de
consti.& statuta maximè,de quib.s̃.nedũ possint reuocari per
successores,sed ẽt p illosmet, q ea fecerũt,maximè cũ nõ fue-
43 rint cõfirmata a superiore,vt in casu nostro,†illi.n.de capitu-
lo possunt collegialiter tollere statuta eorũ ẽt iurata, ut vult
Inn.ĩ d.c.cũ accessissent, & ibi latè scrib. & p gl.ĩ c. cũ nõ de-
ceat.de electio.lib.6.& pulchrè p Fely.ĩ d.c.cũ oẽs, col.10.&
44 in c.ꝯstitutus,de rescr.& c.pterea, de sponsa.col.fi.†Quinim-
mo & p vnicũ actũ in ꝯriũ factũ a statuẽtibus,vel eorũ succes-
soribus collegialiter tñ, vr̃ statutũ esse sublatũ & tolli d. c.cũ
45 accessissent.vbi tex.& doc.Quæ† ꝓcedũt ĩ statuto ẽt iurato:
quia sublato statuto tollit & iuramẽtũ : vt volũt docto. post
gl.in d.c.cũ accessissent, & pulchrè not.in c.dilecto.de præb.
46 Et† ex hoc,ꝙ ꝯueniũt,nõ ĩcurrũt piuriũ: ut expresse no. ĩ di-
47 ctis locis,& ẽt habet in clem.j.de regular.†Iuramẽtũ.n.pstitũ
ꝯ illud, qđ est honorificũ ecclesiæ, dr̃ esse pstitũ ꝯ vtilitatẽ ec
48 clesiasticã† vt fuit probatum, ꝯñr non tenet: ut no.in c.sicut.
de iureiur.iuramentũ enim super rebus ecclesiasticis præstitũ
49 nõ valet,& est nullum.c.peruenit,el. 1.de iur.iur.† Iuramẽtũ
ẽt recipit illas cõditiones, limitationes,ĩterpretatiões,& exce
ptiones,quas recipit principale promissum vel dispositum;ut
not.p Ant.& alios in c.quintauallis, de iur.iur.& nota. ĩ l.fin.
50 C.de nõ num.pec.Et† Rot.in antiq.decis. 141.vult, ꝙ iura-
mento obstent oẽs illę exceptiones, quæ ponũtur in capitulo
51 quẽ admodum. de iureiur. † & a decretis illicitis põt recedi,
& illi,qui fecerũt, possunt ea reuocare: ut notat Bar.ĩ d.l.am-
52 bitiosa.col.fi. Ad† quorũ confirmationẽ facit: quia prędicti
de sancto Seruatio non seruarũt cõcodias, fidem,& iuramen-
tum,& cõsequenter licitè potest illis frangi fides,vulgata.l.cũ
proponas.la secũda.C.de pactis.in cap.peruenit.lo secũdo,de
53 iureiur.ubi latè† frangẽti.n. iuramentum est frãgendũ eidẽ,
vt vult Abbas ĩ cap.1.de tregua & pace, latè Fely.ĩ d.c. perue
54 nit.lo secũdo.Quis† n.nõ tenet adimplere illud,quod iura-
uit illis,qui nõ seruãt promissa,& iurata per eos, ut nota.ĩ di-
55 ctis locis,& in regula frustra.de reg.iur.lib. 6. Et† nedũ suc-
cessores possunt recedere a statuto,ut supra,sed ẽt illimet sta-
tuẽtes,ẽt si statutũ esset confirmatũ a sede Apostolica,q̃ñ p re-
cessum reditur ad ius pristinum;ut vult Bar.in d.l.oẽs populi.
col.16.versic.iuxta prædicta,& est textus in d.c.cum accessis-
sent,& ibi scribentes maximè Fely.col.2.& 3.vbi multa addu
56 cendo concludit,† quòd quando statutũ non est confirmatũ
a superiore,põt tolli nedũ per successores, sed & per illosmet
statuẽtes,& q̃ñ est cõfirmatũ ẽt a Papa, põt tolli per prędictos
quando tollẽdo statutũ reduceretur, & fieret reductio ad ius
pristinũ,& primæuũ ẽt inuitis alijs, de quorũ interesse posset
cogitari, uel in quorũ fauorem fuissent facta in casu nostro
prædicta statuta,& pacta nõ fuerunt confirmata,& si cõfirma
ta fuissent,ex quo tollendo illa,& nõ obseruando fit reductio
ad ius pristinũ, & primæuũ statum dictarũ ecclesiarũ, capitu
lorum, & canonicorum, concluditur, ꝙ nedum præsentes
successores potuerunt illa tollere,& non obseruare,sed etiã il
57 limet,qui ea fecerunt.Nõ† habet obstare iuramẽtũ præstitũ
a statuentibus,uel successoribus,p quod iurauerũt seruare sta-
tuta,& cõsuetudines &c.Quia tale iuramẽtũ ita pręstitũ a ca-
nonicis non se extendit ad statuta illicita,inhonesta,turpia,&
obuiantia libertati ecclesiæ,& alijs,de quibus supra,textus in
58 c.1.de iur.iur.li.6. & ibi latè scribentes, † & ideo iurãtes nõ
tenentur seruare dicta statuta,& ea non seruando nõ dicũtur
incurrere periurium : cum iuramentũ ad illa se nõ extendat,
& not.in d.c.1.& ibi Philip.Fran.& not.in c.sicut.de iureiur.
59 & p Fely.in c.ex tenore,de sentẽ.excõmuni.† & in tm̃ in casi-
bus præfatis,& in casu nostro quis nõ tenet ad obseruãtiã iura
mẽti , & illud nõ seruãdo nõ dicit incurrere periuriũ. Qui-
nimmo ẽt nõ tenet petere absolutionem a iuramẽto, ut nota.
in iuribus s̃.allegatis. maximè in capitulo primo , ubi Fran-
cus,& est decisio quò ad absolutionẽ iuramẽti, Lap. in allega.
sua 21.vbi vult, ꝙ absolutio nõ est necessaria, sed tantũ debet
peti ad cautelam,pro quibus faciũt no.p Moder.in d.c.cũ ac-
cessissent.in 1.gl. de qua materia videatur latè scripta in c. cũ
contingat,& ĩ c.1.de iureiur.& ĩ auc.sacram.pub.C.si aduers.
venditionẽ, & quæ aliàs cõsulendo in simili deduxi. Par. Ro.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum est omne illud , qđ datur ad consequendum bene ficia seu possessionem illorum.*

 Statutum

2 *Statutum disponēs, debere aliquid solui pro ingreßu seu poßessione non valet. & num. 15.*
3 *Etiam si illud, quod exigitur, conuertitur in pios vsus.*
4 *Statutum non valet, quando caret aliquibus qualitatibus.*
5 *Papa statutis etiam iuratis alicuius ecclesiæ potest derogare.*
6 *Electio, promissio & confirmatio differunt, & statutum loquēs in vno non habet locum in alio.*
7 *Statuta alicuius ecclesiæ non includunt promissiones faciendas à superiore.*
8 *Canonicus resignans, antè receptam resignationem habet possessionem canonicatus, & num. 9.*
10 *Et si denuo ad canonicatum fuit permissus, potest continuare poßessionē, in qua prius erat, in choro & stallo, si Papa istud mandauit, & num. 11. & alijs sequent.*
11 *Et quando secunda prouisio fuit facta rebus non mutatis & re integra.*
12 *Papa dominus est beneficiorum, & num. 24.*
13 *Per resignationem primus titulus dicitur extinctus, et in præiudicium tertij non debet ad illum restitui. & nu. 19.20.21.*
14 *Fallit, nisi Papa aliter disponat re integra, & num. 10.11.12.*
16 *Statutum loquens de ingrediente poßessionem non habet locū in regrediente, seu continuante, num. 21.22.*
17 *Princeps potest fingere in his, quæ sunt iuris vel facti.*
18 *Papa est lex animata, & in istis potest fingere.*
20 *Papa non præsumitur velle præiudicare tertio.*
21 *Etiam in minimo.*
22 *Statuta stricti iuris sunt, strictè intelligenda.*
23 *Ius ad rem facilius tollitur, quàm ius in re.*
25 *Deportatus restitutus recuperat priorem statum.*
26 *Renuntians beneficio quò ad illud pro mortuo habetur.*
27 *Restitutus ad bñficiū, qđ renūciauit, ad quæ videaŕ restitutus.*

CONSILIVM XCIII.

Michael canonicè obtinens canonicatū & pb. in ecclesia Fauēti. dedit in mādatis Africano, ꝙ resignaret in curia, qui resignauit in fauorem Cæsaris, per quē obtentum fuit sibi prouideri per sedem Apostolicam de prædictis, & literis non expeditis, Cæsar resignauit dictum canonicatum & præbendam in curia, uirtute cuius resignationis Papa prouidit de prædictis dicto Michaeli illi mandans continuare possessionem dicti canonicatus & præbendæ, ac ipsum manuteneri, & aliàs ut in literis, capitulum & canonici dictæ ecclesiæ uirtute cuiusdam statuti petunt a dicto Michaele solui centum libras ratione admisionis & ingressus, & donec soluerit intendunt ipsum nō percipere distributiones. Itē ꝙ dictus Michael debeat vltimo in loco sedere, dubitaŕ, an te-
1 neatur ad prædicta.† & concludendū videtur ex omni capite Michaelem nō teneri; omne.n. illud, qđ petitur & exigitur ad cōsequēdum beneficia, vel possessionem ipsorum, simoniacū est, & ideo nō attendendum, nec considerandum, toto titulo de simon. & 1.q.3. per totum, ad quæ notatur in c. non sicut, de simo. & per Bar. in l. Titio centū. ff. de condi. & demon. &
2 in l. Titia. ff. de verbo. oblig. ubi & scribentes,† & in pūcto statutū disponēs aliquid debere solui propter ingressum vel admissionē, est simonia, & nō ualet, ut dicit tex. in c. ex multis, & in c. fin. 1. q. 3. nota. in c. sicut decætero, in c. ad nostrā, in c.
3 ad apostolicā. de simo. Nā† si illud, quod exigiŕ, cōuerteretur in pios usus, adhuc est simo. & statutū id disponens nō valet, ita cōcludit Fely. post alios doctores in c. Iacobus. extra de simo. vnde cū tale statutū Fauētinū sit simoniacū, virtute ipsius Michael cogi nō potest ad soluendum dictas libras centum. & ꝙ statutum nō valeat, plenè per Moder. in c. cum M. de constit.
4 col. 13.† præterea ex alio ruit; apparet.n. ꝯfectum sup re illicita. Itē & ꝯ canones, ut. s. Itē & ab illis, qui potestatem ita statuendi nō habuerunt: cum auctoritate superioris cōfirmatū minimè appareat, iuxta plenè notata in c. ꝙ super his, & ī c. 1. de maior. & obed. & in c. cū omnes. c. cum accessissent. c. cum M. Ferrar. de constit. & in c. edoceri. de rescri. ad quę faciunt not. ī c. 1. de iu. iur. lib. 6. & ī decis. Rot. in tit. de iur. iur. prima
5 in no. cū alijs concord. Ad† quæ etiam: nam per Papam statutis etiam iuratis dictæ ecclesiæ derogatū est in fauorem dicti Michaelis, quo casu etiam si dictum statutū esset iustum, licitū nō simonia. & factū ab habēte potestatem; adhuc in casu nostro nō militaret propter dictā derogationem: vt plenè habetur in c. 1. de constitutio. lib. 6. & in decis. Rot. in no. in tit. de præben. 1. & plenissimè per Moder. in c. nōnulli. extra de
6 rescr. cū sim. Ad† quod etiam facit: quia assertū statutū loquitur ī electo & confirmato nō autem in prouiso, quòd penitus differt ab electione, & confirmatione, vt habetur in c. cū in illis. de præbē. lib. 6. iuncta clem. 1. cum ibi nota. eod. tit. & iux-
7 ta notata in c. fi. de iur. iur. Ad† quæ facit. nam assertum statutum non potest includere prouisiones faciendas a Pontifice, & sic a superiore ipsorum statuentium, iuxta nota. in c. cum inferior. de maior. & obed. & ī clem. ne Romani. de electionib.
8 & per Rotam in simil. in not. in tit. de prob. prima.† Minus etiam Michael astringi debet ad sedēdū ī vltimo loco, ex quo sedere debet in loco & stallo, in quo sedit ante suam primam resignationem. Nā ipse mandatū facit ad resignandū in curia Africano, propter quod tantùm nō debuit, nec poterat dimittere possessionem, in qua erat; ante enim quàm dicta eius resignatio admissa fuisset, & recepta per superiorem, ipse nō poterat dimittere possessionē canonicatus & præbēdæ: vt habeŕ in c. admonet, & in c. qđ in dubijs, & in c. super hoc, vbi Inn. & alij extra de renūciatio. & per Rot. in no. in tit. de renunci.
9 quarta, & in decisi. 6. in tit. de cōsuetudinibus. Per† dictā enim resignationem seu mandatum de resignando ipse Michael nō erat priuatus dicto canonicatu & præbēda, ut dicit Host. & Innoc. ī d. c. quod in dubijs. & ponūt Modern. in c. 2. de rescrip. & cū dictus Cæsar literas nō expediuerit super eius prouisione, nec dicta prouisio ītimata appareat Michaeli, bene ipse perstitit in dicta possessione nō obstante mandato ad resignādum, quod clarissimè suadetur: nā cū dictus Cæsar literis nō cōfectis postmodum resignasset, Papa prouidit dicto Michaeli, & expresè disponit, quòd ipse debeat cōtinuare possessionē dicti canonicatus & præbēdæ, in qua semp perstitit, nedū virtute nouę prouisionis, sed etiā virtute primi tituli, quē habebat, ex quo primo titulo nō potest cogi ad aliquid soluēdū,
10 nec etiam debet mutare stallum, † & cū Papa mandat possessionē cōtinuari, & ipsum Michaelem in ipsa manuteneri, necessariò ꝯcluditur, quòd de nouo nō habeat apprẹhēdere possessionem, nec mutare stallū; cum aliud sit capere possessionē & aliud cōtinuare, & in illa manuteneri; ut plenè habetur per doctores in l. 1. ff. de acqui. poss. dum tractat materiā, quid sit possessio, & per Alex. consi. 83. col. 2. in princ. lib. 2. vbi. statutum loquens in ingrediente, non habet locum in regrediente possessionem, & allegat iura, & est bona doctrina Petri de V-
11 baldis in tract. vnion. in q. 2. col. 3. circa medium † & etiam facit: nam cū inter primā, & secundam renūcitationem interuenerit modicum interuallū, & de prima nō fuerint literę expeditę, & secunda fuerit facta rebus non mutatis, consequēter re integra & incontinenti, hoc est possessione nō dimissa, ille actus primæ renunci. non debet esse in consideratione: potissimè cum Papa velit, dictum Michaelem continuare possessionē etiā virtute prioris tituli, per ea quæ habentur in l. qui ex liberis. §. testamēto, ubi pulchrè Bar. allega. cōcordāt. ff. de bono. poss. secūdùm tabulas, & faciūt nota. ī simili, īstitut. de rerū diuisione. §. vēditę. versi. interdū, & nota. in l. lecta. ff. si cert. peta. & ī l. cōtinuus. ff. de verbo. in versi. itē qui insulā, & no. in l. qui in vtero. ff. de statu homi. p Alex. cōsi. 39. 1. vol. in
12 princ. & cōsi. 29. in 2. vol. Ad † qđ ēt: nā Papa dñs est beneficiorū & rerū ecclesiarū: vt habeŕ in c. cōstitutus, de religiosis domibus, & p Dominicū in cap. si gratiosè. de rescr. lib. 6. &
13 Modern. ī cap. quę ī ecclesiarū, de cōstit. §† Nec obstat, ꝙ primus titulus p resignationē fuit extinctus d. c. quod ī dubijs. ergo nō debet restitui cū pręiudicio tertij, cap. quāuis. de rescrip. lib. 6. ad qđ, cap. statuimus. de maio. & obed. & l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid ī loco publico, cū similibus, & no-
14 ta. ī capit. cū olim. de cōsuetudine Nā† tolliŕ obiectio ex dictis supra, virtute enim primi tituli, & virtute cōtinuationis remāsit, & in his Papa potest nō obstan. pręiudicio tertij, consequenter & in istis stallo & loco successiuè, quod depēdet ab illis, unde sublato & nō obstante maiori, minus obstat depen-
15 dens, iur. vulgar. † Vlterius non insistendo, an statutum de quo agitur, valeat uel non cum clara sit decisio Modernorum & nouissimo. in ca. cum M. in decimatertia columna, de constitutionibus, quæ est communis, quòd non valeat per ra-
16 tiones, de quibus ibi † sed posito, sine præiudicio, tale statutum ualere, dico non obstare in casu nostro, prout in terminis consuluit

consuluit Alex.cons.83.in 2.col.in prin.2.vol.volens, quod statutum loquens de ingrediente possessionē non habeat locum in regrediente vel continnante dictam possessionē. l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui &c.& c. quemadmodū. de iureiur. cum similib.vnde cum statutum,de quo agitur, disponat tantùm, ingredientem possessionem debere soluere &c. non dēt habere locum in ɔtinuante, nec minus debet cogi mutare stallum in choro, & locum in capitulo;cum in gratia cōcessa Michaeli appareat expressè de intentione Pontificis, quòd ex resignatione prius facta nullum penitus præiudicium ei infera-
17 tur,sed tam virtute primi q̄ secūdi tituli possit se iuuare.†Nā in his,quæ sunt iuris vel facti,princeps pōt fingere, argumento tex.in l.qui in vtero.ff.de statu homi. Alex.cons.39.in prin
18 cip.1.vol.& cons.29.2.vol.†Cum.n. Papa sit lex animata potest fingere factum fuisse, quod scit non fuisse factum: vt in clem. vnica,per gl.de immu.eccle. Bar.in l. si is qui pro emptore.ff. de vsucap.ita & econtra, quod factum habeatur pro nō facto: vt dicit tex.in dicta cle.vnica,& ibi gl. ¶Circa tñ istud aduertendū
19 est † quia cū per primam resignationē iam admissam primus titulus fuisset extinctus.c.admonet.c.quod in dubijs.de renūciationibus,nō potest restitui cum præiudicio tertij. c. quamuis.de rescri.lib.6.& sic quod possit obtinere eūdem locū in choro & cap.facit textus in c.statuimus.de maio.& obed.Nam cū illi, qui sequebatur per resignationē factam ab illo statim fuisset acquisitum ius quo ad locum sedendi,& successiuè quò ad
20 omnes sequentes de gradu in gradum † per verba illa generalia apposita in resignatione, quod possit continuare possessionem &c.Non intelligitur Pōtif.voluisse isti tertio præiudicare, vulgata.l.2.§.si quis a principe.nequid in loco publ.& in c.super
21 eo.de offi.deleg.cum si.†& talis cōiectura procedit ēt quoad minimum pæiudicium,gl.no.in c.cum olim. de consue. & sic debet intelligi, quod iste possit continuare possessionē, quatenus tertio non inferreretur præiudicium. Ex quibus concludendū videtur,quod iste, cui secundo loco fuit facta resignatio, nihil teneatur soluere virtute statuti, ēt supposito quod statutū valeret: quia non loquitur in ɔtinuante possessionē,sed tm̄ de ingredię
22 te† vnde cūm statuta sint stricti iuris. l. quicquid astringendæ,de verb.obl.c.in nostris, de iniu.debet intelligi in casu suo &c.& per alia supra dicta.¶Quoad s̄m an possit cōtinuare, & obtinere locum suum cum præiudicio sequētium per rōnem
23 supra adductam dubitatur. Attamen est aduertendum, † qm̄ potest cōsiderari, quod hoc ius sit ad rem,nō in re,quo casu,de facili tollatur per Papā,c.si.de cōces.præb.lib.6.& c.pen.de præ ben.eod.lib. & consideratis verbis Papæ,si qđ ius erat ad rē,est sublatum : dum enim vult vigore prioris tituli absq; alia &c.
24 & ibi, vt prius absq; possessio. nouæ apprehēsione &c. † Papa enim in beneficialibus largissimas habet habenas.c.2. in prin. de p̄ben.lib.6.cle.1.in si.vt lite pendente,ad quæ no.in c. per principalē 9.q.3.& per Fel.in c.quæ in ecclesiarū,col.3. de cō
25 sti.†Item est clausula decreti,quæ omnia irritat,quæ cōtra dispositionem venire possunt.c.tibi qui.de rescri.in 6.c. si eo tēpore.de electio.eod.lib.item deportatus, qui pro mortuo habetur,restitutus per principem recuperat primum statum, ac si non fuisset.l.fi.C.de sen. pass.vbi Batt. cum cōcor.qui etiam renunciat pro morruo habetur quoad beneficium, cap. susceptum.vbi gl.& docto.de rescrip.lib.6. Abb.in c.nisi essent, de præb.super gl.fin.in casu isto Michael,qui resignauit,postmo-
26 dum impetrauit † cum qualitate, quod remaneat &c.vnde videtur restitutus cōsequen. ad quæ regula cancellariæ in ordine 34.& quia cum restitutus censeatur quoad canonicatum primæuum quoad possessionem,quoad non solutionem, eodem
27 modo † & quoad stallum,quod venit in consequentiam,arg. no.in l.2.ff.de iurisd.om.iud.c.fanè.el secundo, de offic.dele. & cap.præterea,cum similibus, & videnda sunt, quæ aliàs in præsenti causa deduximus. Parisius Romæ.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium litigiosum an fiat per solam citationem exequutā in curia,& per totum.*
2 *Fallit,quando citatio emanauit à iudice incōpetenti, et n.15.*
3 *Iudex incompetens dicitur, quando processit non seruata forma commissionis,& nu.8.12.*
4 *Signatura attendi debet & non supplicatio.*
5 *Citatio nulla est,si processit non seruata forma signaturæ.*
6 *Verba signaturæ,constito &c.faciunt conditionem,& nu.13.*
7 *Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem.*
8 *Iudex datus sub conditione incompetens est, si procedit conditione non purificata,& nu.1.2.3.*
9 *Nec ante potest procedere ad decretum citationis.*
10 *Et si fuit processum,actus est nullus.*
11 *Si proceditur non seruata forma data,omnia sunt nulla.*
13 *Signatura continens,constito &c.habet, ut prius constare debeat,antequam procedatur.*
14 *Asserens se qualificatum;prius docere debet de qualitatibus.*
16 *Comparens pro interesse suo non admittitur, nisi prius de interesse doceat summariè.*

CONSILIUM XCIIII.

1 Beneficium litigiosum † fit per solam citationē executam in curia,cap.causam.el 2. & ibi scribentes,de testib.clem.2.vt lite pendente.Ro.in deci. 279.aliàs in titulo,vt lite pendente, in nouis cum infinitis cō
2 cord.quæ allegari possent.†Tñ conclusio non procedit, qñ citatio emanat à iudice incompetenti,vt dicit tex.in dicta clem. 2.à contrario sensu.& ibi gl.in versi.cōpetente,& post doctores antiquos hoc sequitur ibi Card.in j.& 4.notabili. & Imo.
3 in secundo nota. & super glo. prædicta col.3. † Incompetens autem iudex licet pluribus modis dicatur: tamen in pūcto dicitur,qñ datur iurisdictio citandi sub certa forma,& ea omissa procedit citatio,ita Card.in dicta clem.2.col.3.versi.3.quæro,allegat tex.in clem.vnica.versi.volumus, de for. compe.in casu nostro ita est,vnde &c.signatura enim,quæ consideranda est,vt per Imo.& alios in cap.super literis.de rescrip.per Bart. & alios in l.præscriptione.C.si cōtra ius vel vtilitatem publi-
4 cam,& est regula cancellariæ in ordine.26. † quæ dat auditori formam citandi,cōstito sibi de interesse,quo casu forma prędicta seruanda erat, & capienda informatio de interesse, antequàm procederetur ad actum citationis,& quia factum mi-
5 nimè fuit.† Iccirco citatio nulla,vulg.c.cum dilecta. de rescr.
6 c.cum olim.de offic.deleg.vulg.l.diligenter.ff. man.†Ad quæ nam illa verba,constito de interesse,faciunt conditionē : nam ablatiui absoluti cōditionem important.l.j. l. a testatore.ff.de
7 condi.& demon.l.euictis.ff.de vsu. † & resoluuntur in conditionem,si tibi constiterit,quæ similiter cōditionem importāt, vt per Bar.& alios in d.l.j.& per Bal. in l.etsi nō cognitio.C.si cōtra ius vel vti.publi.& per Lap. alleg.16. cum alijs cōcord.
8 † & cum iurisdictio & citatio fuerit commissa sub cōditione, illa nō purificata, iudex redditus fuit incompetens. c. ab exc. de rescrip.c.1.de plus petit.l.qui hæres.in fi.ff.de cōd.& dem.
9 †Ad decretum igitur citationis cōditione prædicta nō verificata non potuit deueniri,vt dicit tex.& glo. in c.2. de rescrip.
10 †& si fuit processum, nulliter actum fuit: vt est tex. in c. fi.vbi
11 Abb.extra de præben.†Cum enim fuerit data forma citandi a lege viua,ea nō seruata citatio, & omnia inde secuta reddūtur nulla,tex.& glo.in c.fides.10.dist.& glo.in cap.1.in uersic.donec,de re iudi.& textus ibi Innocen. & Ant. in cap.insinuant. de procuratoribus,& cap.cum dilectis. de empti.& vendi.Ad quæ not.in clem.1.de iure patronatus, & per Lud.Rom.con-
12 sil.236.† Iudex enim datus sub conditione non censetur habere iurisdictionem,nisi prius conditio verificatur, & ante nō
13 potest dici iudex.d.capitu. ab excommunicato.† Ad quæ nota.per Bald.in l. sed & si prætor ait. ff. de in ius vocando,& in dicta l.præscriptione,& per Innocen.in d.c.super literis,ubi signatura continens,constito &c.inducit, quòd antequam pro-
14 cedatur ad citationē, debet præcedere causæ cognitio.†Prout ēt,nam asserens se qualificatū,prius,& ante omnia dēt se ostendere qualificatū illa qualitate in rescripto, & signatura expssa ut est in puncto decis. Rot.in ti.de rescrip.j.& decis.recollecta per Bernar. de Bisg. & per Lap. alleg.59. 65. 66.&77.& per
15 Mod.in c.licet causam,de proba.†Præterea in puncto, vt per citationem beneficium dicatur litigiosum,requiritur, quod citatio sit apta, & legitima:nam sicut in iudice requiritur competentia vt supra,eodem modo,& in citatione, vt in terminis est glo.in d.clemē.2.in versic.incompetente, circa fi.& istud ibidem post antiq.sequitur dom.Cardin. in 4.not.& magis clarè Imol.in 2.not.& col.3.super glo.in versic.competenti, vbi ad hoc allegat iura in casu nostro,nec legitima,nec cōpetens fuit

quia emanata contra tenorem rescripti tempore incongruo,& antequam constaret de interesse, vt supra, cõsequenter non in-
16 duxit vitium litigiosi.†Ad quę omnia accedat dispositio iuris cõis, volentis, aliquem comparentem pro interesse, nullo mõ debere admitti, nisi prius de interesse constet saltem summariè, vt vult decisi.Rot.Ber.prima,& alia decisi.in antiq.in ord. 55.aliàs sub ti.de iud.11.& no.plenè per Mod.in c.super his. col.7.de accusa. Parisius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quoad monasteria sita intra suam diœc. potest exercere iura episcopalia.*
2 *Dicta monasteria non sunt exempta à lege iurisdictionis.*
3 *Et in monacos in illis cõmorãtes episcopus habet iurisdictionẽ.*
4 *Et potest episcopus monasteria,& monacos uisitare.*
5 *Abbas benedictionem solennem populo dare non potest, nam episcopis tantùm est concessum.*
6 *Ius istud per abbates non potest præscribi.*
7 *Abbas non potest uti Pontificalibus,fallit &c.nu.8.*
8 *Priuilegium alleganti incumbit onus probandi.*
9 *Fallit,nisi sint exempti,de qua habent docere,& nu.13.*
10 *Exemptio ista qualiter sit probanda,& nu.11.*
11 *Et qualiter super ea sint formandi articuli.*
12 *Priuilegium Papæ an præiudicet ordinarijs.*
14 *Bullæ tenor uerificandus est.*
15 *Præscriptio non currit erga obedientiam, quam abbas tenetur præstare episcopo.*
16 *Præscriptio non currit aduersus uisitationem.*
17 *Exemptio,ut possit præscribi,multa debent concurrere.*
18 *Et possessio debet esse pacifica,non uiolenta,nec clandestina.*
19 *Et debet esse cum bona fide.*
20 *Debet etiam esse continua non interrupta.*
21 *Interrumpitur nanque unico actu contrario.*
22 *Debet etiam habere causam,saltem coloratam.*
23 *Non præscribuntur, quæ priuilegio tantùm sunt concessibilia.*
24 *Fallit,nisi esset præscriptio tãti tẽporis,in cuius cõtrariũ &c.*
25 *Præscriptio ista qualiter sit probãda,& articulãda, & n.24.*
26 *Episcopus exercens iurisdictionem suam non dicitur alicui inferre molestiam.*
27 *Pronunciandum est super petitorio,& possessorio.*

CONSILIVM XCV.

1 Stante informatione† facti de iure resultat vera cõclusio in fauorem Reuerẽd.P.d. Galfredi moderni episcopi cõtra Io.Abbatem;constat enim monasterium prædictum esse situm.ĩ.territorium,& diœcesim Cestriæ, quo casu dictus eps in illo habet,& exercere potest ex dispositione iuris cõis iura epalia, de quibus in c.cõquerente,de off.ord. in anti.
2 cum concor.†Monasteria enim inter diœce. sita a lege iurisdõnis nõ sunt exempta 8.q.2.c.hæc tñ monasteria.& c. cognomi-
3 nis.† & 16.q.j.c.interdicimus,& melius.16.q.7.c. omnes basilicæ, & in monacos ibidem existentes ipse eps habet iurisdictionem.c.cum de persona.11.q.j.& in c.cõstitutus.& in c.cũ venerabilis.de religiosis domibus.& in c.cum personæ.versic.
4 licet,& versi.fi.de priui.li.6.†ꝙ monasterium & monacos ibidem existentes ipse eps facultatem habet visitandi.d.c.cõque-
5 rente & c.seq.iuxta nota.in c.1.de cõsti.lib.6.cum si. † Prædictus ẽt Abb. benedictionẽ solennem populo facere non põt: cum istud concessum sit episcopis, & de iure cõi denegatum Abbatibus,vt est tex.in c.Abbates.de priuilegijs,lib.6.Itẽ dato ꝙ ecclesia & monasteriũ pleno iure ad Abb.spectet, nihilomi-
6 nus benedictionẽ prædictã facere non põt,vt dicit ibi tex. † In tm̃,ꝙ hoc ius præscribere non põt, vt pulchrè firmat Philipp.
7 Fran.in d.c.abbates.in 2.nota. allegans rõnes & iura.†Insuper dictus Abbas,Mitra,Annulo,Baculo Pastorali, & alijs Pontificialibus vti non põt,oĩa.n.ista epo sunt cõcessa, & de iure cõi Abbatibus denegata,vt de Baculo Pastorali est tex.in c.1.ad fi. de sacra vnctio.& in c.nullus eps.de cõsecra.dist.j. De annulo hr̃ in c.pe.versi.nec annulos.de uita & honest. cleri. de Mitra est tex.in c.vt apostolicæ.de priuil.lib.6. & allegat Lap.19.cũ
16 & diligentias facerent. † Quia beneficia non debent ad tempus conferri. 55. distin. c. præcepta. & 6. q. j. pastor. ut not. glo. in c. ueniens. de filijs presby. & in c. si gratiosè. de rescrip. in 6. Prout non obstabunt uerba dictæ regulæ cancellariæ de acceptando iure, quę dicere uidentur, ꝙ infra tps potiorum possint minus prærogatiuati sibi facere conferri: quia intelligitur de
17 collatione facta inualida. † Nam si diceremus, ꝙ tribuisset talis collatio ius, iam potiores non potuissent tale beneficium acceptare, vt pote non uacans. c. fi. de cõces. præb. c. qui de non. & c. nulla. de conces. præb. & pater, ꝙ regulæ prędictæ induxerunt, ꝙ acquiratur ius, non ex tunc, sed a tpe collationis. ꝗ. tempus potiorum factæ minus prerogatiuato: quia ponit cõditionem regula, ꝙ sortiãtur effectum, si illi potiores in diligentijs defecerint: constat aũt, ꝙ antequã dispositio sortiatur effectũ, prius debet conditio impleri. l. qui hære. & l. Meuius. ff. de cõ-
18 di. & demonst. † Facit tex. ad propositum in l. j. §. quibus. ff. de success. edic. ibi, si quis eorum dari sibi voluit, tunc cæteris bo. possess. perinde competit, ac si prior ex numero non fuerit, põ
19 derando dictionem, tunc. l. 4. ff. de cond. & demonst. † Prout ẽt respõdetur ad dictum c. si tibi absenti. ꝙ ibi speratur actus, qui non induxit tristem euentum, sed uoluntatẽ acquirentis hic desiderat tristem euentum, s. annullationem acceptationũ potiorum, quod est contra. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de
20 verb. obl. † Potest autem & aliter responderi, ꝙ in c. si tibi. est prouisio conditionis quæ dependet a uoluntate illius, cui fit prouisio. l. si ita legatum. §. illi si volet. de leg. 3. non aũt sumus in conditione prouisionis. B. quæ dependebat ad eam validandam ex casu tertij, puta potioris non facientis diligẽtias, & sic non impeditur ante euentũ conditionis gratia alteri medio tẽpore facta. d. c. si pro te. ubi post Io. And. tradunt doctores in 2. col. qui alleg. glo. in uersic. executorem, in d. c. cum ei, quem, & sic vr̃ ex prędictis gratiam & prouisionem. B. esse validam. ¶ Et ulterius ad illud, vtrum per obitum quondam Io. qui erat familiaris Papę, & scriptor apostolicus, & dictos canonicatum, & prębendam acceptauerat, nulliter tñ fecerat sibi per laicum prouideri, & ante factas diligentias obijt, per cuius obitum N. impetrauit dictos canonicatum & prębendam, prẽfatus uerò. E. licet habeat minus decretum, tñ propter dictas diligentias per prẽfatum Ioã. non factas prętendit uigore gratię suę expectatiuę acceptationem & prouisionem, & regulę de pluribus expectantibus, ꝙ propter defectum prouisionis dicti Io. remãserit sua acceptatio & prouisio ualida, nec per obitũ dicti Ioã.
21 fuit inducta vacatio. † Quod profecto uidetur esse iuri consonum, & ex mente Papę in dicta regula uidetur expressum, & comprehensum; coniungendo regulam pręcedentem de publicandis in fine, in qua ęquiparantur deficientes & negligentes ibi, deficere uel negligentes esse contigerit &c. & dictam regulã de pluribus expectan. dum dicit, ꝙ si potiores defecerint in diligentijs, perinde habeatur, ac si non acceptassent, nec censeantur beneficia hmõi sic acceptata ex personis eorundẽ acceptantium, & suas acceptationes non publicantium, uel nõ intimantium possessoribus eorundem, uel aliàs diligentias nõ facientibus, ut tenebantur, quouis modo uacare. ex quibus uerbis colligitur, ꝙ in omnibus acceptationibus ex acceptatione, & prouisione quęritur ius gradatim, & subordinatur in beneficio acceptando: tñ eius effectus est in in pendulo, & per exclusionem primi potioris propter defectum diligẽtiarum statim corroboratur ius secundi, & fit potentius & ualidius respectu tertij, & propterea eo ipso quòd potentior primus non fecerit suas diligentias, aut propter defectum potentię: quia cesserit, uel pp defectum uoluntatis: quia neglexerit: tunc incontinenti subintrat secundus, nec aliquo momento datur uacatio, & ꝯñr non potest dici, ꝙ per obitum primi deficientis ante diligentias factas inducatur noua uacatio. Quinimmo ius quęsitum primo per acceptationẽ & prouisionem censetur esse conditionale, si sequantur reliquę diligentiæ stante dicta regula permissiua acceptationũ & prouisionũ plurium expectãtium diuersimodè pręrogatiuarũ. aliàs enim: si dictum ius non censeretur conditionale, sequeretur inconueniens, ꝙ eodem tempore esset quęsitum ius pluribus in eodem beneficio, quod ẽt non

non poteſt.l.ſi ut certo.§. ſi duobus uehiculum. ff. cõmodati. & nota.in regula beneficium in 6.
22 † Hoc ergo præſuppoſito dico, ꝙ vbicunque eſt appoſita conditio reſolutiua actus purè facti, ſi ante euẽtum conditionis ille deceſſerit, ius reſoluitur, nec trãſmittitur ad hæredes ex perſona defuncti; vt eſt bonus tex.in l.ſi legatum purè.ff.de adimendis legatis, & in l.quibus diebus.§.quibus diebus.& §.quidam Titio.ff.de cond.& dem. ex quibus probatur, ꝙ in vltimis voluntatibus conditio reſolutiua poſt legatum purè factum appoſita facit ipſum conditionale, ergo idem in dicta conditione reſolutiua appoſita in di-
23 cta regula & conſtitutione.† Quia verba teſtatoris & legũ conditoris eundem recipiunt intellectum, ut eſt tex.quem ad hoc ibi notat Angelus, in l.ſi quis legauerit Titio.de lega.1. & in l.ſi ita fuerit.in §.fina.de manumiſſis teſtamẽto. & notat Gulielmus de Cuneo in l.ſi eum. in §.fi.ff.ſi quis cautio.Bar. in l.centeſimis.in §.fi.ff.de verb.obl.& Bal.in l.quoties. C.de fideicõ.
24 ¶† Nec obſt.tex.in l.j. & 2. ff. de in diem adiecti.vbi conditio reſolutiua contractus reddit contractum cõditionalem, & illa iura loquuntur in contractibus, qui ex uoluntate cõtrahentium perficiuntur, & ſunt firmiores, quàm vltimæ volũtates, vel conſtitutiones, quæ a uoluntate teſtatoris, vel principis dependent, & ad libitũ reuocari pñt, ut notant ibi doctores. Præterea conſideratur, ꝙ ſi diceretur ius quæſitum eſſe primo purè, & non conditionaliter, ſequeretur, ꝙ non poſſet quæri ius ſecundo ex acceptatione, & prouiſione tunc temporis facta, ſi primus in diligentijs defecerit, quod eſſet opus noua prouiſione facienda poſteriori in prærogatiua, cuius contrarium diſponitur in dicta regula, inquantum in ea dicitur, ꝙ prouiſiones prius factę ſuum ſortiantur effectum, & conſequenter ambæ prouiſiones ſunt in ſuſpenſo, donec appareat de diligentia vel
25 negligentia primi. ¶† Nec uidetur fienda differentia, vtrum omiſſio diligentiarum ſit cauſata ex negligentia primi, vel ex caſu mortis: quia dicta regula de publicandis, inquantum loquitur per verbum, defecerit, vel negligẽs fuerit, vř vtrũq; caſum comprehendere, & verbum defecerit, poteſt etiam caſum negligentiæ, & mortis comprehendere, ut notatur in l.j. de inſti
26 tu.& ſubſti.ſub conditio. factis.† Et conditio poteſtatiua deficiens per caſum venientem in perſona eius, qui debet implere, habetur pro defecta: vt notatur in l.ſub diuerſis.ff. de cõdi-
27 tio.& demonſt.& per doct.in l.2.C. de inſti.& ſubſtit.† Præterea mors, & voluntas vel negligentia æquiparatur ad effectum deuoluendi, ſeu ſubleuatione obſtaculi prioris habentis aliàs melius ius, ut notatur.in l.vnica.C. quando nõ petentium partes, in l. meminimus.in §.fi.C. de legitimis hæredibus.& in §.pen.inſti.de bon.poſſeſſ.ergo in caſu prædicto, ſiue deficiat ex negligentia, ſiue ex impotentia, debet habere locum diſpoſitio dictæ regulæ de pluribus expectã.quæ in eorum fauorem fuit edita, vt quàm citius poſſent effectum ex gratia conſequi, & ſi in caſu negligentię uoluit tollere obſtaculum primi expectan. multo magis in caſu mortis debet habere locum: quia de alterius præiudicio non tractatur, & magis fauendum eſt ſecundo expectan.cui erat quæſitum ius in beneficio per acceptationem & prouiſionem, quàm præfato Stephano nouiter impetranti, cui tempore acceptationis & prouiſionis pręfati.E.nullum ius in dictis canonicatu & prębenda pretendere poterat.
28 † Nec obſtat, quod opponitur ex aduerſo de.c.licet canõ. iuncto.c.cõmiſſa.de electionib.in 6. vbi impetrans parochialem, ſi moritur infra annum, antequam ſe fecerit promoueri, vacat ex perſona ſua &c.quia reſpondetur, ꝙ in dicto caſu nõ datur concurſus plurium ad idem beneficium eodem tempore, nec dabatur ſuſpenſio vtriuſque iuris & fortificatio ſecundi expectan.per remotionem primi impedimenti, & propterea inducitur nouatio, & ius diſponit, ꝙ per lapſum anni ſit priuatus, ergo ſi ante deceſſerit, nõ erat priuatus, & ſic inducitur vacatio per obitum ipſius ante annũ, ꝙ ſecus eſt in caſu noſtro.
29 ¶† Vltimò conſideretur, ꝙ pręfatus Io.dici potuit negligẽs ẽt ante obitum, inquantũ fecit ſibi prouideri per laicum, & licet dictus actus prouiſionis ſit reiterabilis: tñ cõſtat de eius negligentia, inquantũ eligit inhabilem ad prouidendũ, & ſic remãſit ſimplex acceptatio, quę ſolũ tribuit ius ad rem non aũt in re; ut notatur per doct.in c.ſi tibi abſenti.de præb.in 6. & in c. fi.de cõceſ. prębendę, ergo non uidetur, ꝙ ex perſona pręfati Ioannis potuerit induci noua vacatio & cõſequen.pfat. E. erit potior in dicto canonicatu & pręb.de quib.agitur. Par.Rom.

SVMMARIVM.

1 *Citari perſonaliter quis non poteſt regulariter.*
2 *Ita tamen citatus per ſe debet cõparere non per procuratorẽ.*
3 *Citari ad perſonaliter comparendum poteſt quis omni caſu per Papam.*
4 *Ita & per delegatum Papæ, ſi ſpecialiter eſt ſibi commiſſum, & num. 5.*
5 *Et in citatione inſeri debet tenor poteſtatis.*
6 *Citari quis poteſt ad perſonaliter ad comparendũ in cã crĩali*
7 *Talis cauſa cuius qualitatis debeat eſſe.*
8 *Crimen legis Iuliæ de ui publica quando committatur.*
9 *Pœna dicti criminis quæ ſit.*
10 *Crimen commiſſum uiolenter congregata, & coadunata gente, cum armis, an ſapiat ſpeciem criminis læſæ maieſt.*
11 *Ita citati, & non comparentes poſſunt excommunicari, & ab eis pœna exigi.*
12 *Informatio capta ſufficit ad decernendam talem citationem.*
13 *Quæ cauſæ excuſent à dicta comparitione.*
14 *Conatus ad delinquendum punitur, quando &c.*
15 *Conatus perficit crimen.l.Iuliæ de ui publica.*
16 *Executor excedens mandati fines malè dicitur procedere.*
17 *Et debuit ſeruare formam traditam à doc. cũ reperijſſet alios poſſidere.*
18 *Clauſula, ammoto quolibet, non tollit ſurreptionem.*
19 *Excommunicatio timenda eſt.*
20 *Excommunicati celebrantes vel faciẽtes celebrare, uel audientes diuina incurrunt irregularitatem.*
21 *Abſolutio habita à non habente poteſtatem nulla eſt.*

CONSILIVM CXX.

1 Regulariter † Quis non poteſt citari ad perſonaliter comparendum. ca. querelã. de proc.l.j ff.eod.ti.tamen qñ citatus eſt quis, ut perſonaliter cõ-
2 pareat, † debet per ſe, & non per alium cõparere.c. cupientes. §.ꝙ ſi per viginti.de election.lib.6.c.1.de iudicijs, eod.lib.ca. cum dilecta, de reſcrip.c.fi.de accu.
3 ¶† Et licet, ut diximus, talis citatio regulariter non poſſit fieri: tamen fallit in Papa, qui indiſtinctè in omni caſu põt citare ad perſonaliter comparendum.c.dilecti.de dolo, & contu.glo.in c.fi. de maio. & obedi.
4 glo.& doct.in d.c. 1. de iudicijs.† Eodem modo & delegatus Papæ, cum ſpecialiter eſt data dicta poteſtas, poteſt citare ad perſonaliter comparendum, ut notatur per omnes in d.c. 1.&
5 per glo.& alios in d.c.fi.cum concord.† In caſu noſtro reuerẽdo Vicario vrbis data eſt ſpecialis poteſtas a Papa citandi modo prædicto, vnde bene fieri potuit, & citati perſonaliter dẽnt comparere: cum citati appareant inſerto tenore poteſtatis pdictę iuxta notata per Imo.in c.cæterùm, de iudi. & in c.cum ſit
6 generale, de for.compe.cum ſi. † Præterea in cauſa criminali, in qua non poteſt interuenire procurator, citari quis poteſt ad perſonaliter comparendum, tex.gl.& omnes in d.c. 1.gl.in d. c.fi.Rot.in deciſ.724.Moder.in tract.de citatione, 20.q.prin. artic.15.cauſa iſta criminalis eſt, item & criminaliter intenta-
7 ta, iuxta notata per glo.& doct. in d. c. 1. ergo. ¶† Non obſt.ſi diceretur, ꝙ debet eſſe criminalis cauſa, & talis, quę inferat pœnam corporis afflictiuam, ita quòd in ea non poſſit interuenire procurator, iuxta nota.in c.veniens, de accuſationibus, & in l.penul.§.ad crimen.ff.de pub.iud.nam pręſens cauſa talis eſt,
8 vnde.† Quòd deducitur; nam congregata, & coadunata gente crimen prędictum commiſſum apparet uiolenter, & cum armis, conſequenter ſapit crimen. l. Iulię de ui publica: ut notatur in l.in eadem.ff.ad l.Iuliam de ui publica.in princ. & in l.vti ne, & l.qui dolo malo, verſic.hac lege, eod.ti. pulchrè per And.de Iſern.in conſtit.reg.comes, ſub rub. de his qui in reg. quær.mo.& in conſtitutione, intentionis, de illicita portione armorum, ſi crimen eſt leg.Iul. de ui publi. in eo nõ poteſt in-
9 teruenire procurator, † cum pœna dicti criminis ſit qñque capitalis, vt dicit tex.in l.pen.ff.ad legem Iuliam de vi pub. quãdoque interdictio aquę, & ignis, uel deportatio, ut dicit textus in l.qui dolo.§.fi.eod.titu.ubi glo.& tex.inſti.de pnblicis iudicijs.§.item.l.Iulia de vi.ſi talis eſt pœna, non admittitur igitur ꝓcurator, vt cõcludunt oẽs in d.c.veniens, & in d.§. ad crimẽ. meritò itaq; potuit fieri talis citatio ad perſonaliter comparendum.

10 dum.† Nec esset ponere os in cœlum dicere, hoc crimẽ sapere crimen læsę maiesta. iuxta no. in extrauag. q. sint rebelles, & in puncto per Pau. de Cast. in l. 3. cum ibi no. C. de epi. aud. &
11 per Card. in cle. pastoralis. de re iud. † Ad quæ decisio Rot. ĩ no. 272. licet contra, quæ in puncto loquitur: cum ꝓ prędictos delinquẽtes propter enormitatem delicti & scãdali exorti in partibus & ad terrorem aliorum, & ne similia ꝑpetrẽtur & ut magis per eorum responsionem veritas habeat, legitimè potuit dicta citatio fieri, & cum facta sit, si personaliter nõ cõpareant, possunt excõmunicari, & pœna exigi: ut notatur ĩ di
12 cta decisio. Rot. † Eo maximè cũ de ꝑdictis criminibus fuerit capta informatio, & per eam de ipsis constet, quæ ad dictã citationem decernendam capi potuit, ẽt ipsis nõ citatis, vt vult Rot. in no. decis. 477. & per Bellemer. decisi. 708. cum con-
13 cor. ¶† Nec ipsis obstat allegata excusatio delinquentium, ex quo causæ per ipsos allegatæ ad personaliter non comparendum, non sunt in facto verę, nec in iure subsistunt, vt dicit Calde. ꝯsi. 5. sub tit. de dilati. & Phil. Fran. in d. c. 1. de iudicijs
14 in fine col. 1. ¶† Minus ẽt obstat, ꝙ fuerit solus conatus, & ad effectum non deductus. nam conatus ad delinquendum regulariter punitur, qñ non fuit simplex, sed vltra deuentum fuit ad actus exteriores & propinquos: ut in præsẽti casu, ꝑ nota. ꝑ Bal. in l. nõ ideo minus. C. de accusa. col. 7. versi. 6. quę ro. & in l. si quis nõ dicã rapere. C. de episc. & cleric. & per Fe
15 ly. in compendio, qñ puniatur conatus, in fallen. † Propterea conatus in casu nostro inducit crimen leg. iul. de publi. ui: vt dicit allegata. l. in eadẽ. in princ. & d. l. vti ne. & d. l. qui dolo malo. versi. hac. l. ꝑ quæ iura clarè patet, ꝙ talis conatus ꝑfecit
16 delictum, & meretur pœnam, vt. s. † sumus igitur in delicto cõsumato nõ attentato, & reuerendus episcopus Iulianus assertus exequutor malè processit; cũ fines sui mandati excesserit iuxta nota. in c. cũ olim. de offic. delega. & vulga. l. diligẽti.
17 † Eo maximè: quia cum reperisset alios possidere, non debuit procedere, vti processit, sed seruare formam traditam ꝑ Imolam in c. proposuit. in fi. de conces. præb. ẽt quia parte possidẽte & non vocata processit, iuxta notata per Archidia. 12. q. 2.
18 c. q. & per Rotam in antiq. decis. 188. ¶† Nec excusat ipsum clausula ammoto quolibet &c. Nam surreptionem non tollit, vt tenet Lap. in allega. 15. & Moder. in c. in nostra. de rescrip. in 36. col. & in c. licet in corrigendis. de officio ordi. cũ
19 simi. † Et aduersarij excõmunicati ab ordinario debuerunt illam timere: cum timẽda sit, siue iusta, siue ẽt iniusta esset. 11. q. 3. c. sententia. c. quod super his. de fide instrumentorum. c. ꝑ
20 tuas. de sententia excommunicationis. cum concor. † Et ita excõmunicati celebrantes vel facientes celebrare, vel audiendo diuina irregularitatẽ incurrerunt, gl. in clem. 2. de priuilegijs.
21 plenè per Moder. ĩ d. c. ad audientiã. ne cleri. vel mona. † Nec eis opitulatur asserta absolutio; tum quia facta a non habẽte potestatem, iuxta notata in c. prudentiam. de officio delega. tũ quia parte nõ citata c. olim ex lite. de rescr. c. præterea. de officio ordinarij. vbi Modern. alia adducunt. Parisius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor soluere tenetur, quod tenebatur principalis:*
2 *Et satis est liquidare debitũ principalis in iudicio agitato contra fideiussores.*
3 *Fideiussores soluere, quicquid talem debere constiterit, necesse est debitum liquidari viuo debitore, non post mortem.*
4 *Ex diuersis non bene infertur.*
5 *Intellectus l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. obli. Et procedit, qñ fideiussor cõsiderauit tempus futurũ, aliàs secus.*
6 *Et si promiserunt soluere debitũ, de quo iam cõstabat, tenẽtur.*
7 *Verbum, constiterit, qualiter capiatur.*
8 *Residuum, quod tempus respicit.*
9 *Et quid si viuo debitore constaret de debito.*
10 *Constare de debito ex quibus dicatur.*
11 *Instrumentum publicum legitimam inducit probationem.*
12 *Si mortuo debitore liquidatio fuit facta contra fideiussores, an sufficiat.*

CONSILIVM CXXI.

Isti Fideiussores Antonij, Iulius ĩ quadraginta, & Bernar. in residuo, quod Ioãnes debebat consequi a dicto An-
1 to. † inspecta forma & verbis fideiussionis tenentur dicto creditori soluere residuum, ad quod tenebatur Anto. principalis debitor. l. vbi autẽ non apparet. §. qui verò. ff. de verbo.
2 obli. & ferè per totũ titulum. ff. C. insti. & extra de fideius. † & satis est liquidare debitum principalis in iudicio agitato contra fideiussores per ea, quæ latè habentur in auc. præsente. C. de fideius. cum alijs concordantibus, & per Soc. ĩ §. Augerius. l. qui Romæ. ff. de verbo. obli. in casu præsenti concurrunt
3 prædicta, consequenter effectualiter tenentur. † Solùm contra Ioannem principalem obstare videtur text. & ibi docto. in d. l. qui Romæ. §. Augerius. de verb. obli. vbi communiter cõcluditur, quòd si quis fideiussit soluere, quicquid talem debere constiterit &c. si debitum non fuit liquidatum viuo principali debitore, fideiussor est liberandus, dato ꝙ postmodũ debitum fuerit liquidatum contra hæredes debitoris. in casu nustro verba præsentis fideiussionis ita sonare videntur, unde Iulius & Bernar. fideiussores censentur liberati, & nõ debẽt teneri; cũ Io. creditor viuente Antonio principali debitore nõ liquidauerit debitum. & licet motiuum prima facie videat obstare Io. creditori, & sit uerum in terminis, in quibus loquuntur doct. tamen consideratis uerbis fideiussionis in puncto nõ
4 militat, nec obstat Ioanni. † Termini enim sunt satis diuersi, ex q. bus nõ bene infert, vulga. l. Papinianus exuli. ff. de minori
5 bus, & vulga. §. nihil cõmune. † Diuersitas ostenditur & clarè, nã d. §. & omnes doctores ibi loquuntur, quãdo fideiussor ꝓmisit soluere, quicquid constiterit, talẽ debere &c. & sic in futurũ & conditionaliter. Nã tempore fideiussionis nõ cõstabat de debito, sed dedebat constare in futurum post fideiussionem datam, ideo illa conditio, quæ futurum tempus respiciebat, debebat adimpleri in forma specifica, & sic viuente principali debitore, & nõ post mortem, ita declarat glo. 2. d. §. Augerius, illud uerbũ, cõstitisset, scilicet in futurum & cõditionaliter, idẽ firmant Bar. Bal. Ang. Alex. Are. & Moder. omnes in d. §. Auge
6 rius. in summario. & in glo. 2. † Sequitur ex istis, ꝙ si fideiussores promiserunt soluere debitum, de quo tunc cõstabat in præteritum uel in præsenti, ꝙ tunc nõ procederet. d. §. Augerius. nec dicta doctorũ ibidem; quoniam illa stipulatio & fideiussio in præteritum, uel in præsenti sortita fuisset effectũ, & tanquam pura esset validissima, & fideiussores tenentur qñocũq; & qñcunq; debitũ fuisset liquidũ, siue in vita, siue post mortẽ debitoris principalis; vt est tex. ad literam in d. l. vbi autem nõ apparet, in verbo, qui verò a Titio, & tex. in l. cũ stipulamur. ff. eodem tit. de verb. obli. cum simi. quando enim fideiussor promittit soluere illud, quod debet in præteritũ, vel de pręsenti debitor principalis, semper tenet, siue sit facta liquidatio debiti viuo debitore, siue post eius mortẽ dictis iuribus, & ĩ pũcto post alios doctores est decisio Alex. in d. §. Augerius. col. 2. ver-
7 sic. in glo. super verbo extitisse, † vbi secus si constitisset de debito tẽpore stipulationis, in dicto. §. Augerius, verbum cõstiterit, capitur in futurum; quoniã erat verbum dubium, & in pręteritum vel de pręsenti non poterat verificari; vt tenent omnes doct. ibi in glo. 2. & in summario, at quando verbum esset clarè in pręteritũ uel in pręsens, & dictis temporibus poterat verificari, cessat dispositio. d. §. Augerius, & procedit tex. ĩ uersic. si uerò, & d. l. cum stipulamur, & doctrĩ. Alex. ubi. s. post a-
8 lios. † in casu pręsenti dicti fideiussores ꝓmiserunt soluere omne residuum, quod Io. debet consequi, ponderetur verbũ, residuũ, ergo debitum erat de præterito, & de pręsenti, & de illo constabat per scripturas publicas, ad quod. l. 2. C. de hęred. instit. ponderetur ẽt verbum, debet, quod est de pręsenti, & validũ vt in pũcto est tex. in l. vbi autem nõ apparet, versi. qui verò. ibi, debet, cum alijs cõcordã. vnde cum fideiussores ꝓmiserint purè & simpliciter soluere debitum, quod erat de pręterito vel de pręsenti, tenentur ad illud soluendũ, siue sit liquidatũ viuo debitore, siue post mortem: vt notatur in iuribus allegatis, cessatq; dispositio dicti. §. Augerius, & doctri. de qua ibi ꝑ doctores, q̃ loquũtur in terminis, ĩ quibus loquitur, videli-
9 cet, qñ fideiusio fuit facta in futurũ † & conditionaliter, & sic extra casum nostrũ debet intelligi, ẜm ꝙ intelligit Bar. ibi circa finẽ, versi. & ita si cõstitisset, & omnes docto. eum sequũtur, quando viuo debitore de debito nõ cõstaret, sed si viuo eo cõstaret, nõ procederet, in casu nostro de debito Antonij debitoris eo uiuo cõstabat, fideiussores itaq; nõ sunt liberati, sed tenẽ
10 tur. † Et ꝙ constaret de debito viuo Antonio, patet per instrumenta publica, in terminis autem, d. §. Augerius. de debito dicitur constare, nedum quando constat per sñiam, sed etiam si cõstat per alias probationes legitimas, ita Alex. ibi colũ. 2. in apostil-

apostillatione literæ, versic. in tex. ibi debere cõstitisse, hoc idẽ sequitur Aretinus ibi in versi. si tamen ista clausula, idẽ sequitur ibi Ias. col. 2. versi. in textu ibi debere constitisse, & idẽ firmat ibi dominus meus Socinus in 3. notabili, q. doctores allegantes leges & cotas volunt, ꝙ in præsenti casu cõstare de de-
11 bito dicatur, nedum per sententiam, † sed ẽt per alias legitimas probationes, contra dictum Anto. debitorem eo viuo cõstabat de debito per instrumenta publica, quæ legitimã probationẽ inducunt; vt in l. 1. vbi doctores. C. de fide instru. & ꝑ Bal. in rub. ibi, & Canonistas extra de fide instrum. in rubr. cũ concord. de quibus in c. licet causam. de probat. per om. neces-
12 sariò igitur concluditur, dictos fideiussores teneri. † Prout. ẽt tollit dispositio. d. §. Augerius. ex his, quæ dicit Ias. ibi col. 4. ponendo nouum intellectum ad illum tex. volens, ꝙ ideo ibi fideiussores non tenentur: eo quia liquidatio debiti nedũ nõ fuit facta viuo debitore, vt supra, sed ẽt eo mortuo non fuit facta contra fideiussores, sed tantùm cõtra hæredes debitoris, vnde si facta esset mortuo debitore contra fideiussores, tenerẽtur fideiussores, & nõ procederet dispositio tex. ibi, in casu nostro ꝯ fideiussores facta est liquidatio, ergo. P. Pa. Ro.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta illi, qui erat institor, & ẽt socius, quo nomine cẽseatur facta, & num. 13.*
Habens potestatem vendendi videtur habere potestatem recipiendi precium.
2 *Præposito alicui negotiationi bene potest solui.*
3 *Qui videt & patitur solui alicui, vt institori, approbare id videtur.*
4 *Solutio prædicta fuit valida & liberationẽ præstitit, & nu. 14.*
5 *Idem si pecunia soluta versa apparet in vtilitatẽ principaliũ.*
6 *Solutio in dubio applicari potest facta in causam eligendam per debitorem.*
7 *Vel in debitum antiquissimum & vetustius.*
8 *Vel in debitum, cuius dies cesserat tempore solutionis.*
9 *Vel in debitum durius.*
10 *Vel in debitum grauius.*
11 *Vel in debitum efficacius.*
12 *Vel in illud, quod erat pœnale, si non solueretur.*
13 *Contractus vnus non alteratur per alium gestum inter alios.*
14 *Vel ad aliud, quod poterat exigi.*

CONSILIVM CXXII.

1 In causa † Ista prima datur difficultas, an isti principales debitores rectè & legitimè potuerint soluere Sigismundo, & ex solutione illi facta censeantur liberati. & breuibus dicitur, legitimè potuisse solui, ex quo ipse Sigismundus habebat potestatem vendendi coria, quo casu etiam habuisse videtur potestatem recipiendi solutionem, tex. est vbi Bart. not. & alij in l. quod seruus. ff. de solu. & idem
2 Bar. in l. filiæ. eo. tit. versi. item habuistis. † Rursus Sigismundus institor ipsorum de Cohisijs erat & prepositus pecunijs exigẽdis in negocijs ipsorum ripalibus, quibus stantibus bene potuit solui. l. si quis. l. dispensatori. l. dispensatorem. & ibi doc. ff. de solu. est tex. & ibi scribẽtes in l. eius qui. ĩ princ. ff. si cer. per. & in l. si quis mãcipijs. §. impuberes. ff. de instito. cũ simi.
3 † Ad quæ, nã isti de Cohisijs videbant & sciebant, ipsum Sigismundũ & Annibalẽ dicta facere & exigere passi sunt & approbarunt, vnde, ꝑ ea quæ not. in c. 2. vt lit. nõ contest. & in l. 1. ff.
4 si quis ius dice. nõ obtemp. cum concor. † Ex quibus infert, ipsos ratam habuisse dictam solutionẽ. fuit igitur valida, & liberationem præstat. l. si quis offerenti. l. dispẽsatorem. ff. de sol. to
5 to tit. rem ra. hab. † Ad quæ. nã versæ apparent pecuniæ solutæ in vtilitatẽ banchi, quo casu plenissimam præstant liberationẽ toto tit. de in rem verso, cũ simi. ¶ Secũda difficultas principalis est, ex quo nõ apparet, qualiter Sigismundo fuerit facta dicta solutio, an vti socio ipsorum venditorum, an verò vti institori, vel habenti potestatem, & sic nomine ipsorũ de Cohisijs, & hoc propter societatem inter eos initam post venditionẽ coriorum &c. Ad quod dicitur, attẽto ꝙ versa fuit solutio facta Sigismundo & Annibali in vtilitatem banchi, attento etiam ꝙ bancum ratum habuit, difficultas ex istis & alijs. s. euacua-
6 tur. † Tamen strictius respondendo dicitur, non posse aliud cõsiderari, nisi solutionem factam Sigismundo & Annibali, non vti socio, sed vti institori, vel habẽti potestatem, & sic nomine ipsorum de Cohisijs; tum quia dicta solutio est simpliciter facta, quo casu de iure applicari potest in casum eligendum per soluẽtes, & declarãdũ per eos, vt dicit tex. in l. 1. ff. de solu. vbi
7 Bar. & alij. † Præterea contractus venditionis & emptionis coriorum vetustior & antiquior erat, quàm cõtractus societatis, & in dubio solutio facta censetur in debitũ vetustius & antiquius, nõ in recens, vt dicit tex. in l. in his. in prin. & in l. cũ ex
8 plurib. & ĩ l. si ex pluribus. & ibi gl. & doct. ff. de sol. † Rursus dies solutionis in contractu societatis nõ venerat, sed bene venerat dies solutionis contractus emptionis coriorum: tempore. n. quo solutio facta fuit Sigismundo & Annibali uenerat dies solutionis coriorũ, patet ex contractu & die solutionis factæ, quo casu in dubio solutio facta censetur in debitũ, in quo dies uenerat, & non in aliud, in quo minimè uenerat. d. l. j. vbi gloss. & Bar. & dicta l. cum ex pluribus. & melior tex. in l. 3. ff.
9 de solu. † Præterea debitũ de Cohisijs durius erat, quàm debitũ Sigismundi, quod nullũ erat, nedũ minus durũ, quo casu in dubio solutio facta censetur in durius. l. 3. & 4. ff. de solu. Bar. in l. 1. col. 2. versi. item opponitur, & in l. in his. in prin. eodẽ ti
10 tu. cũ concor. † Ad quod: nã debitũ de Cohisijs erat grauius, quàm illud Sigismundi, quod nullum, nedũ minus graue, quo casu in dubio in grauius. l. si ex pluribus. ubi Bar. declarat, &
11 l. si quid ex fundo. ff. de solutio. † Prout etiam: nam debitũ de Cohisijs erat magis efficax, quàm dictũ Sigismundi, quod nullũ, nedũ minus efficax, quo casu in dubio in efficax facta dicitur l. si is cui. §. Flauius. & ibi Bart. ff. de solutio. & maximè,
12 quia erat pœnale, † & in forma cameræ, ad not. in l. 4. ff. de so-
13 lutio. cũ simi. † Et aduertendũ, ꝙ cõtractus societatis nõ alterat primũ vẽditionis, toto tit. res inter alios acta, vnde cũ virtute primi potuerit solui Sigismundo, uti fuit solutum, dicta solutio liberationem præstat: ut in prima difficultate fuit dictũ, nã in secundo contractu societatis nõ negatur, solutionem illi fieri nõ posse, immo expresse hoc dicitur respectu capitalis, ut patet per verba secundi contractus, ex quibus clarè colligitur, ꝙ Sigismundo debeat solui capitale tantũ, scilicet duc. 4500. & istud ibi nominatur capitale, quod debet exponi. i. debitum ipsum de Cohisijs, vel debitum ipsorum emptorum, aliud ipsi Sigismundo non erat soluẽdum; nam soluto capitali prædicto, de damno & lucro ipsi emptores habebant dare computũ fidele ipsi Sigismũdo & nõ soluere, vnde cum Sigismũdo erat soluendũ capitale tantùm, si fuit postmodum solutũ, uti fuit, appatet solutũ sibi capitale illorum de Cohisijs, cõsequẽter solutio facta dicitur nomine ipsorum de Cohisijs, quorum erat capitale, non autem potest considerari solutio facta Sigismundo, uti socio, ex quo uti socius nullũ habebat capitale, & nõ en-
14 tis nullæ sunt partes. d. l. eius qui. in prin. cũ simi. † Attentis itaq; verbis contractus societatis necessariò concludunt, solutionem capitalis factam uti institori vel deputato ad exigẽdũ nomine ipsorum de Cohisijs, quorum erat capitale, & nomine ꝓprio Sigismundi, qui capitale nõ habebat facta uti institori, cõcluditur, ꝙ solutio liberationem cõcessit, maximè quia facta præsumit in debitum, & capitale quod poterat exigi nõ autem in debitũ, & capitale ipsius Sigismundi, quod nõ erat, nec exigi poterat; ut est doc. Bart. in præalle. §. Flauius. ubi ad debitũ quod poterat exigi, nõ ad illud, quod non poterat; ut ĩ casu nostro, ꝓ quo. l. fundus coloni. & in l. sequẽti. ff. de fund. inst. & no. in l. 1. ff. si cer. petat. in illa quæst. quãdo debetur ex legato &c. cum alijs. s. alleg. ad quod, nam virtute contractus societatis nõ debebat solui alteri, nisi Sigismundo, & tamẽ solutũ apparet Annibali nõ ut substituto Sigismundi in societate, sed ut deputato ad exactionẽ debitorũ ripæ, ꝑ ipsos de Cohisijs, vel saltem per ipsum Sigismundum vti eorum institori, & non aliter, vnde &c. Parisius Ro.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Sixtina, quando & quo casu cogat vicinũ ad vendendũ domum contiguam, per totum ferè.*
Et quid si illa non indiget vicinus.
2 *Et si duo vicini concurunt, an sit locus præuentioni.*
3 *Quilibet potest rem suam vendere, cui vult regulariter.*
4 *Nec vendentes debent requirere vicinos, si volunt emere virtute dictæ bullæ.*

5 *Virtute*

5 *Virtute bullæ agi non potest, si eius forma non seruatur.*
6 *Non requiritur intimatio respectu eius, qui scit, & nu.7.*
8 *Cogi inuitus quis non potest ad emendum.*
9 *Monitio, & denunciatio quid operatur.*
10 *Et tuetur monentes, quatenus ad id tenerentur.*
11 *Et an sit facienda in iudicio, vel sufficiat extra iudicium.*
12 *Et an possit fieri diebus feriatis.*
13 *Et quot vicibus sit facienda.*
14 *Paria sunt nolle emere, vel offerre precium uile.*
15 *Relinquens in integrum dominium domus, an videatur relinquere proprietatem, vel vsumfructum.*
16 *Vsufructuario mortuo res reuertitur ad proprietarium.*
17 *Si habens declarare moritur ante declarationem, quid agendũ.*
18 *Legatum cõditionale reuertitur ad hæredes cõditione defecta.*
19 *Et quid in vltimis voluntatibus declaratione non facta.*
20 *Et ad quos hæredes reuertitur vniuersales, vel particulares.*
21 *Testatoris voluntas expressa, seu tacita sequenda est.*
22 *Præcedentia declarant sequentia quatenus essent dubia.*

CONSILIVM CXXIII.

1 Attento Tenore bullæ Sixtinæ, & confirmatione Iulij, & Leonis, † clarè patet, ipsum Hierony. teneri, & compelli debere vendere domum, de qua in recõuẽtione, ipsi Augustino, ex quo Hierony. dicta domo non indiget, sed eam locatam tenuit, & tenet, & cum sit intermedia inter domum antiquam ipsius Augusti. & domum aliam ipsius Augusti. quam nouiter emit a frattribus Populi, & paratus sit ędificare, & omnia hæc cedant ad ornatum urbis, & domus ipsa magis conueniat domibus ipsius August. quàm Hierony. concluditur, ipsum cogi ad vendendum, ex quo ipse August. paratus est soluere preciũ arbitrandũ p magistros, & paratus est se obligare in fra tempus arbitrãdũ, vt supra, ædificare.
2 ¶†Nec ob. asserta præuentio allegata, nam in domo reconuenta nulla est præuentio, sed illa cõsideratur in alia domo, quæ fuit fratrũ, non ista, & ideo in diuersis nõ cadit pũentio, iuxta ea q̃
3 no. in c. proposuisti, de foro comp. cum concord.† Domus verò, quæ fuit fratrũ, empta p August. dr̃ esse ipsius Augustini, qui ad reuendendum Hierony. minimè cogitur, ex quo valida fuit, quilibet. n. rẽ suã, cui vult, vẽdere põt. l. nec emere. C. de iure delib. l. in re mandata. C. mãd. l. dudum. C. de cõtrah. emp. cũ si. & bulla nõ ob. ex quo cõsiderata indigẽtia, & decore vrbis super quibus bulla figit pedes, qualitates istę ↄcurrũt in psonam Augustini magis, quàm in personam Hierony. nã ipse August. indiget, & locatã tenet domum Hierony. & paratus est ædificare ad sui ĩdigentiã, necessitatẽ, & ↄmoditatẽ, ac vrbis decorum, quæ oĩa cessant in Hierony. & sic sumus ĩ regula iuris,
4 ꝙ potuit emere, nec vendere cogitur. ¶†Non ob. quòd fratres irrequisito Hiero. non potuerũt vẽdere, & vẽditio facta est nulla virtute bullæ &c. Nam bulla hoc non dicit, ꝙ vendentes debeant requirere emptores, quinimo dr̃ in bulla totum ↄtrium, quòd emptores volentes ædificare debẽt requirere vẽditores, qui si volunt, vel recusant uendere, tunc venditio alijs facta debet rescindi, vt ex uerbis illis, nolũt, vel recusant, colligitur, ꝙ
5 ipsi sunt requirendi ab emptoribus, non econtra. † Quòd Hieronimus ipsos fratres requisiuerit, minimè apparet; & qa tenor bullę non est seruatus, nec forma agẽdi ex ea excludi debet. c. cũ dilecta, de rescri. l. diligenter. ff. manda. c. cũ olim, de
6 off. dele. ¶†Et si diceretur, saltim fratres debuerũt notificare Hiero. ꝙ volebant vendere, ex quo in dubio præsumitur ignorantia, vulg. l. verius, vr̃ ꝙ ipse Hiero. bene sciuit, & notitiã habuit, quòd uolebãt uendere, ↄtr̃ talis scientia sufficit iuxta ea, quæ no. in. l. itẽ ueniũt. §. petitã, cũ si. ff. de pet. hæred. ꝙ sciuerit be-
7 ne pbatur, nec ipse inficiatur. ¶†Sed ulterius cõsiderãdũ est, ꝙ de urbanitate fratres fecerũt id, ad quod minimè tenebantur denunciauerunt enim, & notificauerũt eidem Hierony. uelle uendere domum, & protestati sunt, quòd uolebãt uendere, & monuerunt, ꝙ erant parati eidem uendere, si uellet, qui semp
8 recusauit. † Vnde ad emendũ ipsum Hiero. inuitum cogere non poterant, iuxta. d. l. nec emere, & quæ no. Bald. ĩ. l. 1. C. de
9 epis. & cleric. & Abb. in cap. 1. de emptione, & uend. †Ista enĩ monitio, denunciatio, & protestatio declarauit, & deduxit ad notitiã Hieronymi animum, & uoluntatem fratrum uolentiũ uẽdere, iuxta notata in cap. cumana, de electio. & in. l. si quis ĩ principio testamenti, de legatis tertio, & in capitulo, cũ. M. de
10 constitu. cũ similibus. †Et istos protestantes, monentes, & denunciantes, quatenus ad id tenebuntur, tuetur, ut not. ĩ dictis iuribus, & per Bar. & alios in. l. non solũ. §. morte, de operis no
11 ui nũciatione, & in capitulo solicitudinẽ, de appellatio. ¶† Et si diceret, ꝙ talis monitio, & denunciatio, ut pdesset fratribus consequenter ipsi Augustino, debebat fieri in iudicio, & nõ extra, ut fuit facta. Respõdetur, & dicitur, canonicè fuisse factã, ẽt extra iudiciũ, ut in pũcto est decisio in terminis fortioribus domini Matthæi de Afflict. in tractatu de iure pthomiseos in uersi. ut infra triginta dies, col. 4. in fine, & col. 5. in prin. ubi cõcludit, ꝙ in quocunq; loco ẽt extra iudicium põt fieri, & facta tenet, ẽt si faciens ad istud teneretur, allegat. l. amplius. ff.
12 rem ratã haberi, & not. in. l. mora. ff. de usur. †Subdẽdo, ꝙ ẽt dieb. feriatis conceditur, ex quo fit ad effectum tollendi ignorãtiã, vt p Bar. in. l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nũciatione,
13 & in l. miles. §. 60. ff. de adulterijs. ¶†Nec obstat, ꝙ debuit fieri pluries, & sic ad minus ter, nec vr̃ sufficere semel fieri; qm̃ ptestatio, monitio, denunciatio extra iudiciũ, satis est, ꝙ semel sit facta, p nota. in c. cupiẽtes. §. ꝙ si p viginti, vbi gl. & Geminia. de electionibus lib. 6. & p gl. in l. mora, de vsur. & ĩ l. Titia Seio, versi. vsuras, de lega. 2. & plenissimè Moder. ĩ c. ex literis, col. 4. de cõstitutio. & in pũcto nostro est decisio Bal. in d. tractatu, de iure ptho. col. 1. versi. sed nunquid requirat, & dom. Mattheus in eodẽ tractatu, prælega. vers. col. 5. vbi multa ad hoc adducit; cũ ergo ipse Hieronymus sciuerit, fueritq; sibi denunciatũ, & recusauerit emere, non video, quin fratres liberè non potuerint uendere Augustino, & attento iure communi, vt supra, & attento tenore bullarum, vt supra declaratarum, ¶Quibus nõ obstat, si deceret, ꝙ ipse Hieronymus volebat emere, sed fuerũt discordes in precio, & alijs, & sic nõ stetit per
14 eũ. †Nã aduertẽdũ, ꝙ paria sunt nolle emere, uel uelle emere p precio modico, & cũ qualitatibus insolitis, ut dicit tex. in. l. nõ dubiũ, circa finẽ, de lega. 3. & in. l. si domus. §. qui ↄfitet, de lega. 1. q̃ licet loquatur in uẽditore: tñ locũ habent in emptore; cũ sint correlatiua. l. fi. C. de indic. uiduit. l. fin. de accept. unde cũ fratres fuerint parati vendere, sed per Hieronymũ stet erit, sequitur, ꝙ modò rumpere non põt venditionẽ ritè, & rectè factã. ¶†Circa aliã difficultatẽ, licet ex verbis illis, integrũ
15 dominiũ, videat ipsi Augustino relicta pprietas dictæ domus &c. Tamen p verba sequẽtia, ibi, reseruatio, & ibi, sua vita durãte, & ibi, in vltimo relinquendi iuxta eius conscientiã, & benemerita dictorũ suorũ filiorũ, clarissimè patet, nõ esse relictã pprietatem, sed tm̃ vsumfructũ in uita, & ĩ morte arbitriũ relinquendi domum, & apothecã filijs iuxta eorũ merita. Illa. n. verba, sua uita durante, limitant & restringunt verba illa præcedẽtia, integrum dominium, & nõ proprietas, sed vsusfructus, ex quibus verbis clarè apparet, testatorẽ voluisse limitare legatũ domus, ut non respectu proprietatis, sed tm̃ respectu usufructus, sit relictũ, ut tenet Bar. in l. 4. ff. de alimen. & ciba. lega. allegãdo tex. qui hoc probat, in. l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. & ibi
16 doctores, & maximè repeten. col. 5. & 6. †Infertur, ꝙ mortuo vsufructuario; domus ipsa debet redire ad hæredes uniuersales testatoris, & filios, uel uirtute fideicõmissi post mortẽ &c. ut dicit textus in d. §. Titia, ĩ ultimis uerbis, uel mero iure finita tẽporalita. iuxta tex. in. l. Titia. C. de lega. ubi scribẽtes plura
17 cumulant. †Iste. n. Augustinus poterat in morte relinquere domũ nõ simplr̃, cui uellet, sed filijs testatoris, & non simpliciter oĩbus, sed ſm ipsorũ benemerita, inspiciẽda, & declaranda ſm ↄscientiã ipsius, & quia ipse minimè declarauit, resultat duplex ↄsideratio, uel ꝙ cõditio declarationis defecerit, iuxta l. si quis arbitratu. ff. de uerb. & l. fi. C. de ↄhenda emptione, & l.
18 multa, de ↄd. & demon. †Et ↄditione defecta ad hæredes uniuersales domus debet redire, & legatũ applicari. l. unica. §. sin
19 aũt sub ↄditione. C. de caducis tollẽdis. †Vel ↄsiderato, ꝙ cũ simus ĩ ultimis uolũtatib. ẽt declaratione nõ facta, legatũ applicabit legatarijs, seu fideicõmissarijs, iuxta. l. fi. §. sed ii qs. C. cõ
20 mu. de lega. †Et utraq; ↄsideratione habita, domus debet puenire ad filios masculos hæredes uniuersales nõ aũt ad filias fœminas, & Bonãnũ hæredes particulares, ex quo filię fœminæ, & Bonãnus fuerũt particulariter ĩstituti, & phibiti plus petere, iuxta nota. ĩ. l. quoties. §. si duo. ff. de hæredib. instituẽdis, & plenè in. l. quoties. C. eodẽ, cũ ↄcor. Ad qd: nã testator uoluit, domũ puenire ad filios nõ simplr̃, sed ſm benemerita ad ↄsciẽtiã Augustini, unde mẽs, & uolũtas testatoris fuit, ꝙ domus peruenire ad filios ſm ipsorũ benemerita declarãda, qua declaratione

tione per eũ nõ facta succedit, & surrogatur arbitriũ boni iudicis,qui ſm voluntatẽ testatoris,& ſm benemerita filiorũ habet dictã domũ applicare ipsis filijs,& arbitriũ iudicis erit cõsiderare benemerita filiorũ, vel erga testatorẽ, vel erga matrẽ, vel erga ipsosmet filios;ut virtutibus operã darẽt,frugi essent, & bene viuerẽt,quæ qualitates in Bonanno minimè ɔcurrũt, ɔsequenter ad partẽ domus venire nõ põt.Tum quia nõ benemeritus in aliquo.Tũ quia particulariter institutus,& ꝓhibitus vltra petere,ut supra,alij verò duo filij & in testatorẽ,& in matrem,& in seipsos fuerunt,& sunt benemeriti, ſm quæ domus est ipsis applicanda. Tum quia ẽt vniuersaliter instituti a dicto testatore, ex quibus colligitur arbitrium clarum, ꝙ ipsis,& non Bonanno domus est danda.†In istis enim sequenda
21 est volũtas testatoris expressa,& etiam tacita, vulgata.l.in ɔditionibus primũ locũ,de cond.& demon.l.cũ virũ.C.de fideicom.l.3.C.de liber.præterit.cũ similibus, & ex præcedẽtibus in dicto testamento colligitur, quid testator voluit intelligere de benemeritis filiorũ,non certè aliud,nisi quod superius di-
22 ctũ est.† Et præcedentia declarant sequentia, quatenus dubia essent,vulga.l. si seruus plurium.§.fina.ff. de legatis primò,cũ similibus. Parisius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non visis actis, præcipitanter, & sine causæ cognitione nulla est ipso iure,& nu.3.& nu.22.*
2 *Siue sit diffinitiua,siue interloquutoria.*
4 *Maximè si causa fuit commissa cum illa clausula, constito &c.*
5 *Gesta per iudicem à quo post inhibitionem nulla sunt.*
6 *Et quid si iudex ad quem reuocauerat inhibitionem.*
7 *Et an possit illam reuocare.*
8 *Et quid si à primo iudice causa fuit sublata per viam auocationis,& nu.10.11.12.*
9 *Et quid de stilo curiæ.*
11 *Procedens sine iurisdictione nulliter procedit.*
12 *Et taliter procedens punitur.*
13 *Idem quando dicit se officialem,& non est.*
14 *Falsum committunt dicẽtes habere potestatẽ, quam nõ habẽt.*
15 *Falsi pœna,quandoq; capitalis est,quandoq; alia.*
16 *Exercens leuiora ut iudex,cum nõ sit, punitur extraordinariè.*
17 *Rescriptum surreptitium non est nullum ipso iure, sed venit annullandum,& num.21.22.*
18 *Onus probandi surreptionem cui incumbit,& nu.20.*
19 *Processus factus virtute rescripti surreptitij parte non opponente valet.*
22 *Et quid si secunda commissio surreptitia,nedum conferat iurisdictionem verùm illam reuocat ab alio.*
23 *Commissio etiam surreptitiam auocans iurisdictionem ab alio tribuit iurisdictionem.*
24 *Clausula illa, constito de aßertis,posita in signatura partis citationem exigit.*

CONSILIVM CXXIIII.

1 Sententia Lata non visis actis, & sine causæ cognitione,†& sic p̃cipitanter nulla est ipso iure,iux.nota.in cle. pastoralis, vers.verũ,ibi,iudicantis p̃cipatatione, & uersi. diciue ergo sñia non meruit, vbi scriben. de re iudicata, in clementin.& 2. q.6.§.diffinitiua, uers.item si ɔ̃ solutum, gl. 11.q.3. in summa, & est vulgata doctrina Bar. in l. prolatam,in fi.C.de sententijs, & interloquut.oĩum iudicum, quã cõiter sequunt doct.in l.2.C.de edẽdo,& plenius scribentes,maximè Fely.ĩ c ecclesia sanctæ Mariæ, de ɔstitutionibus, col.5.& seq.vbi arguẽdo ad partes tãdẽ ɔcludit, hãc opinionẽ
2 esse cõem,ꝙ sit ipso iure nulla, allegat quotas,& decisio.†Qđ nedũ procedit in diffinitiua,sed ẽt in interloquutoria: ut vult Bal.in.l.ex stipulatione.p illũ tex.C.de sentẽtijs, & Bart.ĩ.l.fi. ff.de fer.cũ alijs allega.ĩ d.c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.11.ver. 4.nota.& licet in dictis locis ɔ̃ hanc cõem sñiam adducantur aliquæ limitationes;tñ nulla ipsarũ in casu præsenti põt verificari,ɔsideratis illis, & ipsarũ unaquaq;, ac facti ueritate; cũ.n. Reuerendo patri dño Auditori fuerit cã cõmissa, & ipse hora 24.inhibuerit, & postmodum die immediate sequenti hora nona reuocauerit,inhibitionẽ,nõ viso registro,nõ auditis partibus,nulla p̃cedẽte ĩformatione,nec facti, nec iuris, ex ista tẽporis breuitate,cũ nox vna tantũ,& breuis octo horarũ cõcurrit,nõ potuit instrui de meritis causæ,nõ potuit de ipsa etiã minimam habere cognitionẽ,ɔsequenter talis reuocatio ita celeriter facta fuit ipso iure nulla p decisiones.s̃.citatas,& est ĩ terminis doctrina Dominici de sancto Gemini.ĩ.c.põderet. 50.di
3 stin.vbi per illum tex.†exclamat contra iudices,quibus de sero mittitur processus,& de mane iudicant,ad quæ faciãt allegata,& cumulata ĩ d.c. ecclesia sanctæ Mariæ,col. 12. p Fely.circa finẽ,quãto magis in casu nostro,vbi nec ẽt illo vnico sero ꝓcessus fuit datus iudici; nã erat penes iudicẽ primum a quo,& nõ penes istum ad quẽ , qui nec ẽt oculo tãtùm videre potuit, & reuocauit inhibitionẽ,ex quibus cõcluditur,reuocationẽ ip-
4 so iure nullam. † Eo potissimùm:quia cum & articulus fuerit eidem cõmissus cũ clausula,ꝙ ɔstito de assertis,per quam clausulã,si ɔstiterit,pars debebat citari, vt p Rotã ĩ antiq.dec.684. & 773.& cum nullo modo constiterit, sed reuocauerit, ut s̃.
5 talis reuocatio nulla fuit.†Et quia in præsenti articulo iudex, cui cã fuit commissa,inhibuit , & facta inhibitione iudicia quo,oĩa,quæ iudex ille gessit,fuerunt nulla, vt in.c.nõ solùm. de appellatio.lib.6. & p Rotã in nou. decisio.195. cũ similib. iudex itaq; a quo declarãdo, & absoluẽdo colonos malè fecit; cũ ista agitauerint inhibitione prius sibi facta, qua stãte nihil
6 agere potuit,& quæ egit,nulla fuerunt,& sunt.¶†Nec obstat, si dicatur,verũ esse,nisi iudex ad quem reuocauerit inhibitionẽ,ꝓut reuocauit,& stãte dicta reuocatione,bene iudex a quo
7 potuit ꝓcedere,& ꝓcedẽdo acta sunt valida.†Nam dubiũ est, primò an possit reuocare inhibitionem, per Federicum consi. 93.ꝓut ẽt:quoniam in casu præsenti cõsiderandũ est,causã nedũ per viam appellationis fuisse deuolutam ad iudicẽ ad quẽ, & nedũ ista uia appellationis fuisse sublatam de manibus pri-
8 mi iudicis: † Verùm etiam per uiã auocationis: fuit enim, ut patet in signatura cõmissionis, causa expresse auocata a primo auditore,quo casu succedit doctri.Abba.& docto. p illum textũ,in capitulo ut nostrum,de appellati.volens, plus auocationẽ causæ operari,quàm appellationẽ;nã p appellationẽ iurisdictio iudicis a quo dicitur stare,& esse in suspenso, sed p auocationem inficit, ut per doctores ubi supra , ꝓ quo facit text.ĩ l. iudicium soluit. ff. de iudi. & p Rotam in nou.decisio. 12.& scribẽtes in capitulo cum M.post Innocẽtiũ, de const.q̃ decisi. loquitur de stilo cur.& Abba.not.in d.c.cum. M.col. penul.
9 dicit†ꝙ facta reuocatione processus sequens est nullus.ita instinctè tenet,& etiã tradit Rot.in no.dec.76. in additionibus
10 †vbi concludit,ꝙ postquàm Papa auocauit negotium,processus factus per inferiorem est nullus, capitul. licet, de officio delegati.c.prouide.de elec.lib.6.allegatur.c.ut nostrum,ut supra,& not.in d.c.cum M.Ferrarien.in fine,& not.Mili.in verb. iudex si datur unus, ubi idem concludit; cum itaq; Papa auocauerit causam a primo,& commiserit secũdo, dato ꝙ secundus inhibuerit,& reuocauerit inhibitionem;tamen ex hac reuocatione non est tributa iurisdictio iudici a quo, ꝓpter auocationẽ factã a superiore; qm̃ iudex primus iurisdictione caruerat p auocationẽ factam, & sine noua commissione Pontificis auocantis nõ potuit in causa se intromittere: cũ iurisdictio-
11 ne careret,† & quia sine iurisdictione ꝓcessit, oĩa facta ab ipso tanquã a priuato nulla sunt,iuri.vulga.& p Belleme. decis.
12 747.& Iser.in ɔstitutio.Reg.terminum uitæ, tenet †ꝙ carens iurisdictione faciens actum in modum iurisdictionis tenetur
13 pœna leg.iul.maiesta.& qñq; alia,ut ibi col. 2.†& dicẽs se officialẽ,q nõ est, punit;ut ĩ ɔstitutio.durã,& ibi Iser.& iure Romano est crimẽ leg.iul. maiest.lege tertia, in fine.ad legẽ iuliã maiestatis.& ibi Ang.& in usurpantes talia statuta est pœna quæ,ut per Cæpol.in tract. de serui.rustic.prædiorũ,in capitulo mare, & est capitalis,lege probatorias, &.l.fin.§.ultimo. C. de
14 diuers.offi.lib. 12.† Nam falsum committunt dicendo, potestatem habere, quã nõ habent, & ubi nõ est pœna statuta, pu-
15 niuntur extraordinariè.l.in his.C.de diuers. offi.eod.lib.† Nã in falso pro qualitate delicti aliquando pœna est capitalis, aliquando nõ.l. vbi.C.de fals.l.1.§. vltimo.ff.eod.l. maiorem. C. de fals. quandoq; puniuntur in quadruplũ. l. 1.C. de statu. &
16 imagi.†& exercens leuiora ut iudex,cũ nõ sit,punitur extraordinariè,dicta.l.ꝓbatorias.l.in his,quandoq; in 3.lib.anti.l.fi. in fi.C.de offic.quæsto.& etiam crimine sacrilegij,ut dignitatũ ordo seruetur,lib.12.l.1.& crimine stellionatus,qđ est,quã deficit titulus criminis. l.2. ff.de crimi. stelli. & dictam doct. Iser.in dicta const.terminũ uitæ , refert,& sequitur domi.Ioã. Bapt.

Bapt. de S. Seue. in l. imperiũ. in 10. q. in fi. de iurisd. om. iud.
17 †Vlterius rescriptũ surreptitiũ non est nullum ipso iure, sed
venit annullandũ ope exceptionis, cap. cęterũ. c. ad audiẽtiam
cũ ibi not. de rescrip. Belle. dec. 600. & Ber. de Bisig. in tit. de
18 rescr. dec. 13. †Et qui habet ꝓbare de surreptione, tradit̃ ꝑ Fe-
lyn. in c. ꝯstitutus, de rescrip. in prin. & in cap. sup literis, eodẽ
19 tit. †Processus. n. factus in vim literarũ surreptitiarũ parte nõ
opponẽte valet, & si nõ excipitur, ẽt in materia appellationis,
vt not. ĩ d. c. sup literis, & Bernar. de rescrip. dec. 13. Gemin.
20 in c. ab eodẽ, de appellatio. lib. 6. †Alleganti namque surre-
ptionem incumbit onus ꝓbandi in rescrip. ad lit. Fel. in c. ꝯsti
21 tutus, in prin. de rescri. †Literæ etiam ad lites subreptitię, non
sunt nullæ ipso iure, sed ope exceptionis Fel. in c. ad audientiã,
el secundo, de rescrip. col. 12. & seq. & ibi col. 14. tenet, istud
ꝓcedere, ẽt si secũda ꝯcessio surreptitia nedũ ꝯferat iurisdictio
22 nem, †sed ẽt iurisditionẽ ab alio reuocat; ut est isto casu, alle-
gat decisio. dicebã itaq; reuocationẽ inhibitionis factã ita p̃ci-
pitáter a secũdo auditore fuisse ipso iure nullã, & insup abso-
lutionẽ excõmunicationis postmodũ subsequutã a primo au-
ditore, a quo expresè causa fuerat auocata, laborare eodẽ mor
bo, & ẽt virib. nõ subsistere tanquã facta ab eo qui iurisdictio-
ne carebat. Auditor enim secundus, qui reuocauit inhibitio-
nẽ, & remisit causam primo auditori, non poterat illi iurisdi-
ctionẽ dare quæ ab eo fuerat expresse auocata a Papa, ut. s̃. al-
Ad demonstrandum Fraudẽ & nullitatẽ permutationis factæ de decanatu, noscendum est, ꝙ cũ idem Vitus deliberat ingredi & profiteri religionẽ, & percepisset de dicto decanatu mandatũ in euentũ dictæ professionis prouideri. N. cũ intenderet de illo disponere in vtilitatẽ. E. nepotis sui adhuc impuberis; cũ pp ætatẽ ille inhabilis esset ad illũ, q̃ dignitas est in ecclesia, & cui iurisdictionalis cura imminet, varijs medijs machinatus est ita decanatui renũciare; vt inde qñ maius ad nepotẽ perueniret cõmodũ: ut q̃a decanatũ in aliũ trasferre nõ poterat, trãsferret in aliũ, qui bñficiũ suũ in nepotẽ trãsferret; cũ ille capax existeret, & ꝓpterea iurauit primò ad fictã resignationẽ Io. ꝓuideri nepoti. 15. Septẽ. & 16. eiusdẽ mẽsis illã permutari cũ. N. canonico cũ quo 29. eius mẽsis permutauit Vitus decanatũ valoris. 150. duc. ꝓ capellania valoris 12. & statim Vitus facta dicta ꝑmutatione restituit Io. q̃ illius titulum
1 accõmodauerat, nepoti capellaniã. † Conuincitur igit̃ fraudulẽta & nulla dicta ꝑmutatio ex multis ɔiecturis, quę in talib. quę secretò cõmittuntur, satis sufficiunt c. 2. de renun. lib. 6. l.
2 dolũ. C. de do. † Quæ cõiecturę iure probatę liquidissimę ꝓbationes dijudicãtur. l. si q̃s locuples. ff. de manum. test. l. licet
3 imperator. ff. de leg. 1. † Prima cõiectura offert̃, bñficiorũ pręmissa notabilis inæqualitas, & hæc ɔ̃ naturalẽ hominũ inclinationẽ ad acquir. l. fin. C. arbi. tutel. nõ aũt ad perdendũ. l. cũ de indebito. ff. de prob. c. cũ super hoc, de renun. quæ cõiectura sufficit ad irritandũ permutationẽ, si cũ illa aliæ cõiecturæ cõcurrant, ita Old. ɔsi. ult. incip. factũ tale est, dñs noster Clemẽs. 10. col. Io. And. ĩ c. 1. de re. permu. lib. 6. Fed. de Sen. tra. pmu. q. vlt. Inn. in c. fi. eo. ti. in vlt. col. & q. pe. & idẽ post d. Ant. & Pa. in c. 1. de cler. nõ resi. vbi tertius in hoc cõsentit, si pmutãs p̃sumat̃ de ꝓximo uita decessurus. ubi subijcit, ꝙ cõiecturę
4 suscipi pñt ex. d. c. 2. † Cõcurrunt dictę inæqualitati & aliæ ɔiecturæ de q̃b. ẽt in d. c. 2. quas parit̃ Old. plenè ꝓsequit̃; q̃a ꝑmutatio facta de decanatu inęquali fiebat p decanũ, cui imminebat tũc ingressus & futura ꝓfessio, uñ illius decanatus erat de ꝓximo vacatur⁹. c. bñficiũ cui, d̃ regula. ĩ 6. & q̃d hr̃ ĩ c. statuimus, eo. ti. ĩ c. trãsmissa, d̃ renũ. verba. n. tex. sic dñt, de fraude appareat saltẽ p ꝓbabiles ɔiecturas; ut q̃a dictę renũciationis tpe is q̃ dignitatẽ p̃iguiorẽ habebat, ĩfirmitate graui d̃tinebat̃, vel q̃d aliud imminebat, pp q̃d illius dignitas d̃ ꝓximo vacare credebat̃, & gl. ĩ ver. alias, exẽplificat: vt q̃a religionẽ vult ꝓfiteri, iõ verè rectè ɔcurrũt iuito renũciãte, q̃ erat d̃ ꝓximo ingressur⁹ & ꝓfessurus, q̃d & euẽtus demõstrauit: q̃a idẽ ad tres mẽses ingressus extitit, quo subsecuto detegit̃ ɔsil. renũciandi, argu. l. si qui adulterij. C. de adulter. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib.

5 quib.mod.pig.vel hip.solui.†Cócurrit in casu nostro: quia ex effectu secuto apparuit, dictũ decanatũ renunciatũ in utilitatẽ nepotis: q̃a renunciatũ in fauorẽ illius, qui suũ canonicatũ ꝑ nihilo trãstulit ĩ nepotẽ imaginaria pmutatione facta cũ capellania cũ nepote, q̃ falso noĩe in illũ trãslata erat, vñ aduersari⁹ nihil acceperat ab.E.nepote, q. capellanus nõ erat, licet pcariũ ti.a Io.sibi accõmodauerat, nec ẽt dictus Vitus aliq̃d ptensa pmutatione q̃siuerit, qui mox capellaniæ fictũ titulum restituit Ioãni, qui nepoti renũciauerat, iã cõprobatur hoc solũ esse actũ, qđ in ueritate pmansit.s.decanatũ eẽ renunciatũ, & de illo ꝓuisum.N. de canonicatu ꝓuisum. E.nepoti capellaniã uerò
6 imaginario noĩe agitatã. † Et q̃a illã semp possedit Ioã.illi⁹ renũciatio simulata, & frauduléta dignoscit̃.l.sicut.§.supuacuũ. ff.q̃b.mo.pig.vel hyp.solui.l.& qui sub his.§.igit̃. C.de remis. pig.ut no.Bar.in l.post ꝯtũ, in 6.ꝯiectura.ff.de don.quã ẽt cõiecturã in hoc magnificat Inn.ĩ d.c.1.itẽ q̃a breue est post exequutas machinatas de illa resignationes ex cã permutationis, mox fuit a Vito restituta renũcianti, vñ p̃sumit̃ ea uolũtate, & eo aĩo a Io.renũciata, ut illã mox recuperaret, al's oĩno nõ fuis
7 set dimissurus, arg.§.pauonũ.insti.de re.diui.†Neq; .n. p̃sumit̃ dimissum, qđ mox est reassumptũ, ad hoc.l.uir mulieri, & qđ
8 ibi Bar.ff.de don. int.ui.& ux. † Cócurrit in hoc ꝯiunctio psonarũ Viti & Decani, & E. in quẽ puenit canonicatus p renũciationẽ.N.qui ꝯsequutus est decanatũ, vñ gñat̃ maior fraudis suspicio.arg.l.data.C.de don.& l.pen.de bo.lib.& ita per illas leges Bar.d.l.post ꝯtũ.ĩ 3.suspicione simulatæ alienationis, vbi ẽt allegat ad hoc.l.pe.in prin.ff. de bo.li. quã dicit ad hoc multum notab.ad idẽ.c.gr̃a.de pb.& qđ in c.ex parte. N.de off.de
9 leg.†Patet ẽt ex p̃missis, ꝙ cũ ex eisdẽ pcedentibus pactionib. ac fictis renunciationib. capellaniæ deuentũ sit ad collationẽ dicti decanatus.N.ad finalẽ intentionẽ, vt inde canonicatus deriuaret̃ in E. nepotem Viti decani, ꝙ dicta collatio nulla fuit, q̃ interueniẽtib.pactionib.imaginarijs renunciationib.ꝓcura-
10 ta fuit.c.pactiones.c.cũ pridẽ.de pac.c.nisi essent. de pb.†Probat̃ clarius simoniaca pmutatio, & collatio; q̃a ad illa peruentũ fuit firmata, & ꝯclusa ꝯuentione pmutatio.Viti.& E. q̃ non dubitat̃ q̃n sit simoniaca & nulla. c. cũ olim.& c. cũ uniuersorũ.de rer.pm.& certũ est, ꝙ ad effectũ p̃dictũ pmutasse dñr, & simoniã incurrisse, q̃a inter se de pmutãdo ꝯuenerũt: ut no.d.
11 Abb.in d.c.cũ uniuersorũ.in 7.not.†Et ꝓbat tex.in d.c. cum pridẽ.ibi, inter se nõ tñ nobis mediãtib. ꝯuenerunt, ubi simonia dijudicat̃ oĩmodè cõuentio sup bñficijs pter auct.superioris.& ppea nulla fuit collatio; ut ẽt no. Abb.in d.c.cum uniuersorũ.ult.not. & quãuis simplex trac. permutationis non ꝯclu-
12 sus † in bñficijs toleretur, q̃ nõ hẽt deliberatũ ꝯsensum.c.tua. de his q̃ fiunt a pl.c.fi.de his q̃ fiunt a mai. par.c. & ꝯsentit gl. in cle.j.de rer.pmu.secus aũt si cõclusus tractatus, & pmutatio facta, aut ꝯuenta, ꝙ autẽ fuerit ꝯuenta ꝓbatur instr̃o publ.pro parte.E. ꝓducto, ubi asserit̃, Vitũ decanũ.N.cœpisse facere permutationẽ de decanatu, & cũ illo totaliter cõcordasse, q̃ uerba clarissimè cõcordiã cõtinent, & in instr̃o ab E. ꝓducto ipsum ꝯfessum cõuincit, iuxta Inn.in c.cũ uenerabilis, de excep.in c, cũ olim.de cẽsi.ad qđ.l.cũ pcum.C. de lib.cau.& no. Bar.in l.
13 legatũ.ff.de his quib.ut indi.†His nõ obst.qđ dici põt, nõ cõmitti fraudulẽtiã, & in fraudẽ collatoris permutationẽ cessisse, qui uolens intellexit & cõcessit.l.cum donatorẽ.C.de transa.l.nõ fraudant̃.de reg.iu.q̃a si iã erat simoniaca ꝯuẽtio firma ta inter agẽtes auctoritate epi, nõ nisi solus Papa potuisset ualidare dãnatũ factũ, ad qđ tex.ĩ d.c.cũ pridẽ.& qđ in d.c. ex par-
14 te.N.de off.dele.†falsum pterea est, ꝙ eps & capitulũ sciuisset simulatã renunciationẽ capellæ, q̃ agitabat̃, q̃ ẽt apparuit ex illius restõne facta Io.cuius fuerat primò, & q̃ nõ potuerunt eẽ cognita epo, q̃ & intellexerat, decanũ uelle renunciare cũ alijs bñficijs & nõ cũ capellania minimi ualoris, vñ suspecta fuisset pmutatio, & nõ potuit intelligi ꝯsentire & auctoritatẽ p̃stare actui, cuius qualitatẽ ignorabat: cũ error ꝯrius sit ꝯsensui.l. si p errorẽ.ff.de iur.om.iud.& auctoritas superioris nõ firmat, qđ nõ plenè cognouit.l.bonorũ.C.qui admitti, & ad ꝓpositũ not.Old.d.cõsi.Iterũ cõsensus capituli fuit pacto interuenien. de dãdo sigillũ.c.post mediũ annũ, dũmõ ipse hẽt vnã clauẽ, cũ tñ ſm cõem ꝯsuetudinẽ patriæ siue ecclesiæ illa dẽt esse penes decanũ, qđ pariter simoniacã cõcludit permutationẽ ut s. ¶Iterũ aduertendũ, ꝙ per dictum epm mandatũ fuit Ioanni, ut interueniẽte cõsiliario, & si & inquantũ capituli ꝯsensus ca-
15 pitulariter accederet, † & præstito iur̃o per.N.in manibus dicti cõmissarij, ex tunc auctoritatẽ præstaret permutationi, cõmissarius aũt nõ purificatis dictis cõditionibus cõsensũ præstitit, & sic ante quæsitã facultatẽ, in quã eps nõ ꝯsensit ante purificatã ꝯditionẽ.c.1.in fi.de despõsatione impuberum, lib.6.gl. in c.si pro te, de rescri.eo.lib.l.cedere diẽ.ff.de verb. sig.immo dissensit expressè illis prius nõ impletis dicẽdo, ꝙ ex tũc &c. & ꝯñr prohibuit antea ꝯsentiri.l.statuliber.§.stichũ.de leg.2.l. cũ ptor, in prin.ff.de iud.& qđ in l.imperatores.ff.de postul.&
16 hoc importat illa prepositio ex, † q̃ significat extremitatẽ tpis, a quo actus geri pt, & nõ ante ipsius initiũ l. hæreditas ex die, & ibi not.Bar.ff.de hær. insti.& quod in l.4.ff.de. ꝯd.& dem. ad idẽ qđ voluit Inn.in c.prudẽtiã, in gl.nouissima 4.col.de offic.
17 dele.†Nec quæri, nec deduci posse ad actũ extraiudicialẽ facultatẽ sub ꝯditione cõcessã, nisi prius impleta ꝯdõne, quod est regulare ĩ oĩ dispõne, ꝯditionẽ oportere præcedere condõnatũ ſm Bal.ĩ l.Arethusa. ff. de sta.ho. & ad propositũ Inno. in c.super eo.quẽ allegat, de ap.Nec dubiũ, p̃missam ꝯditionẽ & formã adiecisse mãdato: cũ nec de iure inessent, & præcedere deberẽt actũ, iux.gl. & Bar.in l.vniuersa. C.de preci. imper. offer. ¶Nõ obstãt literę cõsensus capituli in 1.istãtia ꝓductæ; quia in alijs nõ asserit̃ interuenisse nisi nouẽ canon. & septem consensisse, cum essent.22. capitulares, nec cæteris vocatis, &
18 in contumacia constitutis.†Non enim & aliæ eadem die datæ, & in 2.instantia ꝓductæ, primò: quia illę solius sigilli testimonio roborantur, quod retinebatur penes decanũ producẽtẽ, & sic in re propria attestatur, ꝙ nihil ꝓdest.l.nullus.ff.de testi.Præterea continent rem cõtra omnem uerisimilitudinẽ attestantes, canonicos capitulariter cõgregatos cõsensum præstitisse die ueneris sancta, & probatum credit̃, obseruatã cõsuetudinẽ illius ecclesiæ, ꝙ per eã hebdomadã minimè capitulum
19 pro re aliqua tractanda aut agenda ꝯuocaretur.†Quod ẽt satis põt cõcludi in qualibet alia ecclesia, cum eo die uideat̃ esse ꝯ christianorũ officiũ indulgere alijs actionib.q̃ lachrymarum, diuinorũ officiorũ, uel lamentationũ, itaq; propriè falsum cõuincitur hr̃e expressè imaginẽ falsitatis, ad hoc Bal.in l.j.C.de ser.fug.& qđ Pet.de Anch.cõs.23.ubi ẽt Bal.allegat.ꝯfirmatur suspicionis ꝯiectura, quia post latã sñiam in j.instantia, ubi ꝓduxerat aliud instr̃m, ꝯsensus prorsus insufficiẽs, & diuersa cõtinens a p̃misso, vñ non est uerisimile, ꝙ si bonũ habuisset, produxisset ꝓrsus inutile, ad qđ decis.Egid. 365.Item ꝙ articulus
20 †ꝙ qui producit in 2 instãtia nouas materias, q̃ nõ ꝯtineãt ius cõe, nõ caret suspicione, fuit & trãsgressio mandati, q̃a nõ p̃stito iur̃o, sed dilata illius p̃statione, qđ non erat facultatis cõmis
21 sarij, nec cõsiliarij. † Cũ igit̃ oĩs transgressio mãdati hoĩs hẽat in se decretũ, ſm Bal.in l.nulli.§.si decuriones. ff. qđ cuiusque uniuersi.no.& ꝯditiones ubi sunt plures, oporteat oẽs impleri.l.si hẹredi plures.ff.de ꝯdi.insti.appareatq; istum nullius superioris auctoritate in decanatũ se intrusisse, sine cuius auctoritate ius in bñficijs acquiri non põt, iurib.vulgarib.P.Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur casus similis illi, de quo in l.Publia.ff.deposi.*
2 *In deposito dolus & lata culpa tantùm uenit.*
3 *Si depositarius se obtulit deposito, tenetur de leuissima.*
De fortuito tenetur; quando culpa casum præcessit.
4 *Quando est, quòd culpa præcedat casum.*
5 *Quid si fuit cõuẽtũ, ut periculũ spectaret ad fratrẽ depositariũ.*
6 *Et quid si recepit precium pro custodia.*
7 *Et quid si mora præcessit casum.*
8 *Ex numeratione an trãsferatur dominium, ita ut depositarius teneatur ex casu, & alijs sequen.*
9 *Et pro parte affirmatiua adducitur.*
10 *Doctoris auctoritas est probabilis non necessaria.*
11 *Declaratio l.Lucius.ff.depositi.*
12 *Pactum de restituendo tantundem, uel illud idem in materia depositi, an ualeat.*
13 *Pactum de non alienando rem propriam, an valeat.*
14 *Nisi intersit alterius paciscentis.*
15 *In nummis non cadit affectio.*
16 *Quod dominiũ ex numeratione nõ transferatur. & nu.20.21.*
17 *In deposito ueniunt usuræ à tempore moræ.*
18 *Numeratio non operatur contra mentem contrahentium.*
19 *Mens ipsa est substantia contractus.*
21 *Non debet de casu teneri.*

 Et quid

22 *Et quid si pecunia numeratur in depositū apud nummularios. & num.23.& 24.*

10 *Intellectus.l.die sponsaliorum,& nu.11.21.& seq.*

25 *In materia cambij quando pecuniæ unius peruenerunt ad aliū: ut ille teneatur propter æquitatem.l.si me & Titium.*

26 *Quando quis habet rem meam,uel mihi obligatā sine cā, potest cogi officio iudicis ad restituendum,ne locupletaretur &c.*

27 *Ad idem etiam in ista materia cambiorum ut competat actio negotiorum gestorum.*

28 *An inter fideicommissarios uniuersales sit locus iuri accrescē di,si coniuncti aliquo modo fuerunt à testatore.*

CONSILIVM CXXXI.

1 Miles In exercitū iturus deposuit centū aureos numeratos apud quendā fratrē † ea ꝯdōne: vt si in ꝑlio interfectus fuisset,pecuniæ ꝓ aīæ suæ salute impēderent̃,si verò supuixisset,frater pecuniā bona fide acceptā restitueret,simi lē casum hēmus in l.Publia.ff.depositi.ꝯfecto ꝑlio miles incolumis euasit, frater aūt victoris exercitus fortunā euadere minimè potuit,nā spoliatus à militib.non solū depositā pecuniā verū ēt & propriā amisit.Post certū tp̄s miles fratrē ꝯuenit petitq; ab eo pecunias sibi restitui,frater negat se teneri : cū fuerit à militib.spoliatus,breuiter cōpromissum faciūt,arbitri fra

2 trē ad soluendā militi pecuniā cōdemnauit.†Quærit̃, an iustè

3 fuerit ꝯdēnatus.†Primò;cū vulgatū sit in iure in deposito dolū duntaxat,& latā culpā p̄stari.l.ꝯ̄ctus.ff.de reg.iur.l.1. C. deposi.vbi melius ḿm Bar. ibi, & q̇d si frater deposito se obtulisset;qa eo casu cū teneret̃ de culpa leuissima.l.j. §.sæpe euenit. ff.deposi.si culpa p̄cessisset casū, iustè fuisset ꝯdēnatus,nam q̇d dr̃,nemīnē teneri de fortuito casu in bo.fi.iudicijs. l.q̄ fortuitis.C.de pig.act.intelligit̃,nisi culpa p̄cessit casum. l. in reb.in

4 prin.l.si ut certo.§.cōmodatū.ff. cōmo.cū si.†potuit aūt culpa p̄cedere casum,si potuit se subtrahere, nec subtraxit, saluo tñ honore suo:qm̄ ea dicimur posse, q̄ salua dignitate possumus. l.nepos Proculo. ff. de uer.sig.& ꝙ si ꝯuenerint, ut periculum ad fratrē spectaret:qa rata dēt esse ꝯ̄ctus ꝯuentio.l.j.§. si cōue-

5 niat.ff.depo.†Cōsiderandū , an p̄tiū ꝓ custodia accepisset:qa magis in locatū q̄ i depositū ꝯuētio trāsisset,insti.de loc.ī prin.

6 cū vulg.†Postremò instandū,an mora p̄cessisset casum,iux.l.q̄ in Asia.§.fi.ff.depo.& cū eēt purū depositū,& nihil horū inter

8 uenisset,credo nulla alia rōne ductos illos doct.nisi†ꝙ æstimauerint,ex numeratione fuisse translatū dñium, & sic periculū ad fratrē spectasse:qa res perit ꝑiculo dñi.l. pignus. C.de pig.

9 act.†Nec est mirū,ꝙ fuerint in ista opinione:qa idē vr̃ voluisse gl.in l.3.C.dep.in uerbo q̇d furti. & idē exp̄ssè affirmat Ias. in l.si q̇s nec cām.in §.j.in fi.ff.si cer.pe.ubi ēt tenet accipientē

10 de casu teneri.¶†Sed in oppositū facit.nā dū dr̃,ex numeratione trāsferri dñium,& allegat̃.l.Lucius. & l. die sponsaliorū.in fi.ff depo.dictū doctoris,cū eius auctoritas sit probabilis,non aūt necessaria glo.in l.j.C.de legi. Bar. & ipsemet Ias.in l.j.ff si cer.pet.dēt intelligi ḿm.ll.quas allegat.Bar.in l. nō solū.§.si li-

11 berationis.ff.de lib.leg.dictæ leges vñr ꝯ̄rium probare.†Nā in l.Lucius , quidā Titius cōfitetur se recepisse centū cā depositi annumerāte seruo,& cum orta esset qō vsurarū,r̃ndet iurisc.si actū est,ut certa corpora redderent̃, depositi actionē locū hr̃e, si verò ut tantūdē,egredit̃ depositi terminos . Mō si ex numeratione fuisset translatū dñium, nō fuisset bona distin.iuriscō. quia quotiescūq; trásfert̃ dñium pecuniæ in accipientē,ex natura ꝯ̄ctus teneret̃ tātundē reddere.l.2. cū ibi not. ff.si cer.pe.

12 †Pactū itaq; de tantundē reddē.cū ꝯ̄ctui inesset,frustra fuisset factū;quia exp̄ssio eorū,q̄ tacitè insunt nihil operatur.l.3.ff.de leg.1. Pactū uerò de eisdē corporibus redden. si p numeratione trāsisset dñium in accipientē sine dubio fuisset nullū : quia pactū de nō alienando rē propriā nō ualet. l. nemo paciscēdo.

13 ff.de pac.Nā†si fuisset obligatus eadē corpora reddere, fuisset

14 ēt obligatus nō alienare &c. Nec pōt dici,ualere hmōi pactū, eo ꝙ esset appositū traditioni : quia quotiescūq; pactū de non alienādo rē propriā apponit̃ traditioni, non ualet, nisi intersit paciscentis.Ita no.Bar.in l.filiusfa.in §.diui.in 3.col. ff. de leg.

15 1.†non potuit aūt interesse paciscentis : quia in nummis non cadit affectio.l.3. ff. de in li.ē iura. quid.n.eius intererat solui eadē corpora,uel solui æquè bona,sequit̃ ergo,si ex numeratione fuisset translatū dñium,uana fuisset Papiniani r̃nsio , q̄ bo-

16 na erit p̄supposita ueritate,†ꝙ ex sola numeratione dñium nō trásferatur:quia tunc si agatur: ut eadē corpora reddant̃, declarant ꝯhentes,velle se depositū ꝯ̄here, in quo, cū sit bona fide,

17 veniunt vsuræ à tp̄e moræ offic.iud.ut in d.l. Lucius.†Si verò agatur,ut tantundē reddat̃,licet remaneat depositū, ad hoc ut post morā ueniant usuræ.l.die spō.ff.depos.p̄nt tñ cōdici quasi mutua.l.certi ꝯdō.§.fi.ff.si certum,& hoc est, q̇d vult dicere tex.in d.l.Lucius.ibi, egredit̃ ea res depositi terminos , & hoc est ēt q̇d in fi.l. ꝯcludit, vsuras deberi à tp̄e moræ in utroq; ca-

18 su &c.¶†Præterea habemus, ꝙ numeratio pecuniæ nō operat̃ ꝯ̄ mentē ꝯhentiū.l.non oīs.ff.si cer. pe. & quis est tā rudis,qui nō uideat, militē illū timore imminētis periculi cōmendasse pecuniā fratri,donec præliū cōficeretur, sperās magis tutā futurā apud illū,q̄ apud se ipsum , nō aūt aīo trāsferēdi dñium. Neque est credendū,fratrē habuisse aīum obligandi se ad casū fortuitū;cū tm̄ periculū immineret,vñ dicere, ꝙ frater teneat̃

19 de casu,est sentire ꝯ̄ mentē utriusque.†& sic substantiā ꝯ̄ctus. l.obligationū substantia.ff.de act.& oblig.l.si tibi pecuniā.ff.si

20 cer.pe.¶†Vltimò ꝙ ex sola numeratione non fuerit translatū dñium, occurrit tex.in l.quintus.ff.depositi, & clarior in l.certi ꝯdō.§.fi.ff.si cer.pet.Nā dicit ibi tex. deposui penes te decē, postea permisi tibi uti,hic certū est,fuisse numerata decē,si igitur ex sola numeratione accipiēs fuisset effectus dñs,nō indigebat p̄missione eius, qui deposuerat; quia cū iam essent sua illa decē,ipse erat arbiter, & moderator in re sua.l.in re mandata.

21 C.manda.¶†Deniq; , omissis legū subtilitatibus, vr̃ inhumanū, & à naturali æquitate abhorrens : ut bonus ille frater,qui nulla mercede p̄stitit bñficium custodiēdæ pecuniæ teneatur de vi,cui resistere nō potuit,ut in simili inquit Iuriscō. in l.Lu

22 cius.ff.depositi,in fi.¶†Nō ob.si diceret̃, ꝙ quotidie uidemus deponi pecuniā numeratā apud nūmularios,& absque aliquo pacto trāsferri in eos dñium,q̇d patet:cū eis utant̃ publicè,nā si dñium nō transferretur,utēdo cōmitterēt furtū.l. si deposi-

23 ta.C.depositi.l.si saccū.ff.eod.†Q̇d minimè dicendū est, nam dr̃ hoc ideo esse;quia cū sciat is,qui deponit, depositariū usurū pecunia,tacitè ꝯsentit,ut utatur, depositarius uerò non alia de cā pecuniā depositā accipit,nisi ut utatur,& ex usu eius fructus p̄cipiat,qui succedūt loco mercedis custodiæ,quā p̄stat,&

24 de qua tenet̃.†Cū igitur accedat ꝯsensus utriusque, nō est mirū,si trāsit dñium in accipientē, & si cessaret hæc rō , quæ sine dubio uera est, forsitā esset,idē adhuc dicendū;quia diuersum est forū mercatorū in multis a foro ciuili , cū in eo ēt ex pacto nudo oriatur actio,ḿm Bar.in l.quintus. ff.mand. & in multis alijs casib.quos nūc recensere non oportet.si nihil igit̃ ob.cogi

25 tare quisq; poterit pro sui ingenij fetu. ¶†Ad aliud, competit istis actorib.actio ꝯ̄.q.Io.Ballæ ꝯuentū.Nā posito,ꝙ nullū fuisset gestū negotiū inter ipsos,& dictū q.Io. & nullus īter eos p̄cesserit ꝯ̄ctus,ex quo ille Io.esset eis obligatus,tñ quia pecunia & marchæ auri,de quib.litigatur,erāt debitæ illis actorib.per q.Stephanū de Iannucijs,& ꝑuenerūt ad ipsum Io.Ballæ,ut cōstat in facto,licet ꝑuenerit ad eū ab ipso q. Stephano, & nō ab ipsis actorib.de æquitate inductū est,ut dictus q. Io. teneat̃ ad restituendū dictas marcas actoribus taliter, ꝙ cōpetit eis certi ꝯdictio gñalis,tex.in l.si me & Titiū.ff.si cer. pe. ubi oēs scrib. allegan.alia,& quæ lex literis aureis esset scribēda, & ualde seruanda inter mercatores,ut dicit Bal.in suo cōs.incip.Factæ fue

26 runt literæ cambij &c.†Cōpetit ex alio actio : quia ubicūque quis hēt rē meā,uel mihi debitā sine cā , ex qua efficitur locupletior,de iure cano.datur officiū iudicis.Hostiē. in c.bonę. 2.

27 col.& ibi Io.And. & alij de a꜒.p.†Insuper dictus q. Stephanus ex ordinatione ipsorum actorū remittebat pecunias eis debitas,& sic remisit ad cambiū Lugduni dictas marcas noīe ipsorū de Spinolis gerendo ipsorum negotiū, & dictus quond.Io. Ballæ cœpit illas , & promisit solui facere Lugduni per suū factorē illis de Omellino noīe ipsorū actorū , & sic negotiū fuit gestū per d.quond.Stephanū dantem,& dictum quond. Io.recipientē noīe actorū, q̇d postmodū ratum habuerunt , & hñr, ꝯñr cōpetit actio negotiorū gest.toto ti.ff.& C. de neg. gest.cū

28 si.¶†Ad illā aūt difficultatē, an inter fideicōmissarios uniuersales sit locus iuri accrescendi, si coniuncti aliquo modo fuerunt a testatore.Pract.Papi.in for.libel.qñ agitur ex substitutione in glo.sua fin.tenet, ꝙ non est locus, uti primò istud uoluit Pau.de Ca.in l.Lucius.§.quæ hēbat.ad finem.ff.ad Treb.refert Ias.in l.re coniuncti.col.45.uers.8.no.casus.nu. 206.ff.de leg. 3.rōnibus de quib.ibi,uerum Ias.ibi tenet ꝯ̄,ꝙ immo locū habeat in fideicommissarijs uniuersalib.per tex. ibi alle.per eum & aucto.

& auctoritate Bar.in ꝯſ.ſuo.Ser Piccarelus. vbi in terminis ita ꝯſuluit,& facit.c.Raynaldus.extra de teſtam.verſ.porrò.iūcta gl.in verbo cū ex patruis. Ad eandē ſnīam eſt deciſ.ferè in terminis D.Raph.Fulg.in ꝯſ.17.Teſtator quidā.col.pe. & fi.vbi apertiſſimè iſtud tenet.Et idē ꝯſuluit Phil.Cor.ꝯſ.307.In hac ꝯſultatione,col.1.verſ. his tñ non obſtat,& verſ.ſequ. iuncto verſ.ex his itaq;.col.pe.lib.1. vbi tenet, hr̄e locū ſiue ꝯiuncti ſint re,& verbis,ſiue verbis tm̄. & idem tenet Corne.ꝯſ.238. circa primū.col.pe.verſ.deuenio itaq;.lib.2.quib.in locis aſſerit,iſtud eſſe clarū & indubitatū,ſentit ēt eādem opin.Bened. Cap.ꝯſ.40.Cū viſo.col.2.Sed apertius allegando Bar.in d.ꝯſ. 2.aliter tenet hāc opi.d. Math. de Vbal.in rep.l.1.§.hæc autē oīa,col.4.in prin.& verſ.& inducit.C.de cadu.tol.eādē ſentit expreſſè Soc.in l.1.§.ſed & quoties.nu.3.ff.ad treb.dū vult,ꝙ ſi inter fideicōmiſſarios nulla adeſt ꝯuentio, adhuc erit locus iuri accreſcēdi,ſi hæres reſtituit vni, & alter poſtmodū nō acceptat.nā accreſcit volūtate hr̄dis, ſentiens ꝙ ſi eſſent aliquo mō ꝯiuncti,nulla hereť dubitatio, quin ius accreſcendi locū nō hr̄et,vt dicūt ibi nouiſſimi ſcrib.Ad idem vř aperta deciſ. Bal.in l.1.q.9.C.qñ nō pet.par.dū vult, teſtatorē poſſe prohibere ius accreſcendi in fideicōmiſſario vři, ꝑut vult Imo.in c. Ray.car.6.de teſta.& Io.Cro.in d.l.re ꝯiuncti.col.16.verſi.2. caſus eſt,& Iaſ.vbi ſ.ſi.n.tenēt poſſe ꝓhibere,inferūt locū hr̄e cū priuatio habitū ꝑſupponat,vulg.l.decē,de verb.obli. cū ſi. Argumēta,iura,& rōnes ꝑ hac ſnīa colliguntť ex dictis p hos doc.vbi ſ.ex quib.ad ꝯria optimè rn̄dereť. P.Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus collatus in arbitrium tertij,illo non arbitrante,an ſit reſolutus.*
2 *Fallit,quando ſoluta eſſet maior pars precij,& nu.12.*
3 *Idem quando res non eſſet integra.*
4 *Eligere arbitrum,eſt apponere conditionē,quæ ceſſat illis non arbitrantibus.*
5 *A perſona electa poteſt recedi de iure canonico, licet de iure ciuili ſit dubium.*
6 *Et voluntariè poteſt etiam recedi.*
7 *Aextimatores & relatores electi quid habent facere.*
Et quid ſi æxtimatio tranſiuit in rem iudi.
8 *Si contractus eſt firmatus, in reliquis ad arbitrium boni viri recurritur.*
Et ſatis eſt,partes fuiſſe præſentes.
9 *Si arbitratur iniquè,receditur à perſona.*
Illico quòd eſt arbitratum,contractus fuit firmatus.
10 *Sufficit probatio per teſtes.*
11 *Partes poſſunt validare aliqua,& multa facere,quæ lex non concederet.*
13 *Si conſtat,partes habuiſſe cōtractum pro perfecto, receditur a perſona.*
14 *Cum dominium eſt tranſlatum,res dicitur non integra.*
15 *Idem quando eſt ſolutum precium in totum vel in parte in contractu venditionis.*
16 *Quando precium eſt declaratam,& excedit dimidiam,receditur a perſona.*
17 *Referens,& iudicans,partibus præſentibus, & non reclamantibus rem iudicatam inducit,& nu.18.& 28.*
19 *De commiſſione ad referendum, qualiter debeat conſtare.*
20 *Cardinali ita aſſerenti credendum eſt.*
21 *Et quid ſi referens hoc eſt perſona fide digna.*
22 *Relatio partibus præſentibus facienda eſt.*
23 *Et ſufficit partes eſſe præſentes ſine citatione.*
24 *An requiratur cauſæ cognitio in relatione.*
25 *Articulus & punctus,ſuper quo relatio eſt facienda, dandus eſt partibus.*
26 *A relatione an poſſit reclamari,et dici de nullitate,& nu.28.*
27 *Præſens,& tacens in iudicio habetur pro conſentiente, etiam in ſui præiudicium.*
28 *Quando relatio fit partibus præſentibus,tacentib. & nō reclamantibus,cenſetur ab ipſis approbata,nec pōt appellari.*

CONSILIVM CXXXII.

1 Prima † Facie vř dicendū, ꝯtūm eſſe reſolutū ex eo qñ arbitratores nō æſtimarūt, & colligiť in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.ob.& in l.fi.C.de ꝯhē.emp.vbi diffuſè tāgūt Doct.& ibi firmat hoc do.meus dicens ſe ita ꝯſuluiſſe in d.l.ſi quis arbitratu.col.24.& eſt ꝯſilium ſuum in j.vol. in ordi.44.in pn̄ti ꝯſultatione.

2 ¶†Nihilominus dř præmiſſa non hr̄e locū,qñ eſt ſoluta maior pars precij,& ſic ultra dimidiā;ut tenet Bald.in d.l.fi.quē ſequiť Io.de Imo. in d.l.ſi quis arbitratu.col.6.in fi.& nemo reprobat in caſu pn̄ti: cū nōdū maior pars verū ēt integrū preciū, & vltra eſt ſolutū, vñ &c. & facit rō Imo.in d.l.ſi quis arbitratu.col.3.dicēs qñ eſt ſolutū vltra dimidiā recediť: quia utile per inutile &c.vt j. Prout

3 quia iura dicentia,ꝙ arbitris nō arbitrantib.ꝯtus reſoluiť,nō hr̄e locū,qñ nō eſſet res integra,vt poſt alios firmat Iaſ.in ꝑal. l.ſi quis arbitratu,in 6.limitatione, qui refert Pau.de Caſt.ita tenere in l.ſi lege.& l.merces.ff.locati.poſt Bal. in d.l.fi.col.2. cū ergo hic res non ſit integra, quinimmo vltra ſolutionem precij venditor ex tunc tranſtulit dn̄ium & oē ius,ac ēt poſſeſſionē,q̄ fuit penes Felicē multis annis,& ſic res ipſa deſijt eſſe integra,ita ꝙ erimus in limitatione ſcribentiū ſuperius allegatorū de re nō integra,vt per Soc.in d.l.ſi quis arbitratu.col.8.

4 in fi.& melius col.14. Præterea,† omiſſa diſputatione doctorū,an ſteterit p ꝓmiſſorem,aut ſtipulatorē,dř,ꝙ arbitrū eligere eſt ꝯdōnem apponere,qñ non arbitrať, ꝯdō ceſſat,& remanebit firmus ꝯtus ꝑ precio numerato, ꝑut in eo, qui vendidit rē cū appoſitione vnius bouis, vel libri arbitrio Titij,quo non arbitrante tenet ꝯtus ſine libro & boue, ita Iaſ.in d.l.ſi quis arbitratu. col.fin.qui refert plures alios ſic tenentes. Pro

5 ut†& melius.nā licet ſit magna altercatio doc. iuris Cæſarei, an recedatur a perſona electa vel non. Tñ de æquitate canonica pōt,& debet recedi a perſona arbitratoris,& recurriť ad arbitriū boni viri, ꝑut tenet Soc.in d.l.ſi quis arbitratu. 16.col. poſt Archid. in c.ſunt nonnulli.1.q.firmant ēt Panor.in c.1. de decimis.cui quidem iuri canonico,ꝙ ſit ſtandū,ſatis notū

6 eſt.¶†Aliud in pn̄ti ſpecie plurimū ſtringit,ex actis nanq; cōſtat,aduerſariū ſpōte ſua receſſiſſe a perſona arbitratoris poſt obitū,& erimus in claro; nā mortuis illis aduerſarius coegit Felicē ad eligēdū alios loco defunctorū ſup æſtimatione, in hoc faciēs magnā vim,& nunquā voluit deſiſtere, donec fuit facta electio,& ēt eſtimatio: cū igiť aduerſarius voluerit ab illis recedere,nulli dubiū,ꝙ potuit ſibi præiudicare, & iuri ſuo renūciare,dato itaq; milies, ꝙ a principio ꝯtus eſſet reuolutus,& potuiſſet dicere,ſe nolle alios eligere;tñ p ſecūdam electionē vř iuri forte ſibi cōpetenti renūciare, & declarare, velle ſtare ꝯtui,ad qđ facit l.qui ad certū.ff.locati.cū l.ꝑced.§.fi.

7 vbi bonū exēplū tradiť.¶†Nō obſt.ſi diceret,æſtimationē fuiſſe nullā: qm̄ ſi nō tenuit prima, ſaltim tenet ſecūda,de qua cōſtat,nā omiſſa diſputatione de ordinario & delegato: cū hic ſumus in materia extiudiciali,videlicet in relatione æſtimatoris,vř ſatis clarū,æſtimatores potuiſſe iterato referre finito officio:ut no.Bal.in d.l.fi.1.col.ver.immo q̄ro. ponit Inn.in c.ī literis,de offic.deleg.& Cy.in ꝑalleg.l.fi. & Bar.in l.ſi ſocietatē.§.arbitrorū, ꝑ ſocio.& Soc.vbi ſ.Prout ēt ꝯſiderari pōt, ꝙ ſup æſtimatione emptor hēt rē iudicatā, de qua ꝯſtat ex actis, nā 11.Ian.fuit factū mādatū ꝯ æſtimatores, vt deberēt referre, a quo nō eſt appellatū, ſucceſſiue. 13.eiuſdē æſtimatores retulerūt,a qua ſiľr nō reperio appellatū.Quinimmo dū aduerſarius inſtaret ꝑ reuocatione mādati facti ꝯ æſtimatores, iudex ꝓnūciauit,mādatū nō eſſe reuocādū, a qua quidē ꝓnūciatio

8 ne ſiľr nō eſt appellatū. Et† quia qñ ꝯtus eſt firmatus, de reliquo recurriť ad arbitriū boni viri mortuo arbitratore. Bar.in d.l.ſi quis arbitratu.col.2. verſ.formo tibi, idē in d.§.arbitrorū.col.1.ſufficit pſentia partiū,latè Bar.ī d.l.ſi quis arbitratu.

9 col.3.† vbi reliqui ſcrib.& qñ arbitrať, licet iniq;,recediť a pſona.l.ſi ſocietatē.§.arbitrorū, ꝑ ſocio, vbi Bart.& oēs in d.l.ſi quis arbitratu.& d.l.fi.& d.§.ꝑciū.ea rōne: quia illico ꝙ arbitrať,ꝯtus eſt pfectus & firmatus, vñ &c. ita vt eo mortuo recedať a pſona: cum ſit firmatus & perfectus, & ſufficit ꝓbare

10 p teſtes†& nō requiriť ſcriptura. Bar.in terminis in d.§.arbitrorū.col.antepe.† & p partē fiunt multa,q̄ nō aliàs fierēt,eſt Neapol.ꝯſi.deciſ.191.& Fel.in c.paſtoralis.§.cū aūt.de offic. deleg.& Rot.in no.deciſ.258. vbi validant proceſſum nullū. Belleme.deciſ.534.& poſſunt facere,ꝙ poteſtas duret perpetuò.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quis ita.de ædil.edic.doct.in d.l.ſi quis arbitratu. & Imo.ibi col.3. recitando opin.tenet,ꝙ ſi ſolutum

12 eſt ultra dimidiam, tenet; quia utile per inutile &c. ſecus

cus ſi ỹ.dimidiã: quia ſuccurrit̃ p l.2.de reſcind.vend.C.Item
13 † qñ apparet, partes habuiſſe ꝓ pfecto; tunc recedit̃ a pſona. Alex.in d.l.ſi quis arbitratu.col.2.& 3.melius & iſtud cognoſcit̃, qñ res nõ eſt integra, vt ibi p eũ, ꝙ eſt, qñ partes ꝓceſſerũt
14 ad executionẽ ꝯtus, ut ĩ caſu nr̃o † & ſequit̃ Soc.dicẽs hãc eſſe purã veritatẽ approbãdo ꝯcordiã Alex.& res dr̃ non integra : cũ dñiũ eſt translatũ, ita in terminis nr̃is Bald.in d.l.fi. col.2.
15 verſ.ſi dubitat̃, † vel qñ eſt ſoluta maior pars pcij, vt ſ̃.in ꝯtu vẽditionis res nõ dr̃ integra, qñ eſt ſolutũ ptiũ in totũ vel in parte.l.1.& 2.C.qñ licet ab emptione diſcedere. Idẽ qñ traditio rei vera vel ficta vel ꝯſtitutũ adeſt, gl.ĩ l.ab emptione.ff.de
16 pact.& p Mod.in tract.de emptio.in 5.q.princ.in 8.q. Et † qñ ptiũ eſt declaratũ, & excedit dimidiã, recedit̃ a pſona. Bal.ĩ d.l.fi.col.2.circa fi.ita in caſu. Nã ſolutũ declaratũ fuit patet p inſtr̃m in ver.reſiduũ, & quia ſolutũ excedit dimidiã, ergo ſumus in caſu Bal.ſ̃.citati. ¶ Ad aliud de relatione dr̃, ꝙ relatio facta ad Reuerendũ patrẽ D.Ant. de Burgo Sanctiſſimo D.N. executionẽ meret̃, & ab ea recedi nõ põt; cũ.n.ipſe D.Anton. de cõmiſſione Sanctiſſimi D. N. cognouerit de cã inter ipſas partes & habita informatione de meritis, ac viſis iurib.dedu-
17 ctis, durante cã coram eo p bieniũ † & vltra relationẽ fecerit ac ꝓnunciauerit inſtan.aduerſarijs pñtib. & nõ reclamantib. ſeu ꝯdicentib.nihil obſtare vr̃, quin res dicatur iudicata, & exe
18 qui dẽat p iura ſatis vulgata.& l.a diuo Pio.de re iudic. † & in relatione eſt gl.in l.1.& ibi ſcrib.C.de relat.gl. & oẽs canoni. in c.intimaſti, ex̃ de appel.& ibi Philip.Fran.col.5. verſ.aliqñ
19 & ſecundò, cũ alijs ꝯcor. ¶ † Non obſt.ſi diceret̃, ꝙ nulla appareret cõmiſſio facta d.D.Antonio, ꝓñr ſibi non credendum.l. iuſiurandi.C.de teſtib. cum alijs vulgarib. Nam in caſu nr̃o eidem credendum eſt: cũ aſſerat cõmiſſionẽ ſibi factam a Sanctiſſimo D.nr̃o, & Reuerendiſſ.D.Cardinale, qui Sanctiſſimus & Reuerendiſſimus ſemp pſentes fuerunt, quo caſu d.D.Antonio pdicta aſſerenti credendum eſt, & dato ꝙ aliter non doceat̃, vt no.per Spec.in tit.de ꝓbat.§.videndum. verſ.quod de. auditorib. & per Mod.poſt alios in c.cum in iure peritus, de
20 offic.delega.& c.quod ſuper his.de fide inſtrum.cũ ſimi. † eo maximè Cardinali ita dicenti credẽdũ fuit, ut not.d.c.cum in iure.& d.c.quod ſuper literis, & in puncto Cardinali aſſerenti habuiſſe a Papa viuæ vocis oraculo credendum eſt, vt not.
21 Lap.alleg.33.Ad † quæ: nam ipſe D.Anton.fuit & eſt perſona fide digna, & virtutum prædita, perita, electa a Pontifice, & qui per 30.annos & vltra in celeberrimis Italiæ Gymnaſijs maxima cum laude profeſſus eſt, moram trahens in palatio, frequenter accedens ad pñtiam Pontificis a quo in magnis, grauioribuſq; cauſis exercetur.Referẽdarius vtriuſq; ſignaturæ, in quo oĩs ſuſpicio ceſſat, dicere niſi veritatem, ꝓñr eius dictis & relatis credendũ eſt, ut hr̃ in d. c.quod ſuper his. & in c.in beato.& in c.ſuper his.de accuſ.cum ꝯcord. & per glo.in l.Titio fundus.de condi.& demonſt.cum ſim. volentem cre-
22 dendum dicto boni uiri. † Verum relatio debet fieri præſentib.partib. notat Alex.ꝯſi.219.in 2.vol.vel citatis illis, quorũ intereſt. Barto.& cõiter Doct.in l.decem.de verbo.Ang.in l.ſi perluſorio.in prin. ff.de appel. & in l.de unoquoque.ff.de re
23 iud. † Satis eſt tm̃ partem eſſe præſentem abſq; eo, ꝙ citatio præceſſerit, Io.Andr.in c.fi.de elect.in 6.ad quod.c.qualiter. el 2.§.debet.de accuſa.& no.in l.de vnoquoque, de re iudi.l.
24 4.& l.ſi ut ꝓponis, la 2.C.qũo & qñ iudex. ¶ † Nõ ob.ꝙ proceſſit ſine cauſæ cognitione, & cæt. nam tollitur ex deciſione La-
25 pi 27. † Nec obſt. ꝙ articulus ſeu punctus, ſuper quo relatio debebat fieri, non fuit editus partibus, ut fieri debebat, p legem primam.C.de relatio.& in c.intimaſti.vbi ſcribentes omnes plenè materiam tangunt, ut etiam faciunt Geminia. & D. Præpoſitus in c.biduum. §.ſi quid.2.q.6. ꝓñr ex iſto capite
26 pñt reclamare & annullare relationem. † Nam cum pars aduerſa ſciuerit, inſtiterit, audiuerit, & non ꝯdixerit, videtur fateri, ꝙ punctus ſit bene formatus: ut per Barto. in d.l.1.& iõ a tali formatione puncti non poteſt reclamari, nam ex quo
27 inſtetit, ſciuit, & tacuit, † vr̃ confeſſa, prout in puncto continetur, ita Bald.in d.cap. intimaſti, per text.in l.fina.ff.quando appellandum ſit, ſequuntur Modern. in d.cap.intimaſti. col.3. & iſto caſu quo ſumus in actis & iudicio, præſens, & tacens habetur pro confeſſo in ſui præiudicium per cautelam, quam tradit Barto.in l.1.C.de relatio. & Modern.in d. cap.intimaſti, & per Iaſ.ĩ l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui. vbi alia adducit, maximè.c.primum .de accuſationib.in 6.&
28 † quando relatio fit partibus præſentibus, tacentibus, & non contradicentibus: tunc cenſetur approbata, & reprobari non poteſt glo.in d.l.1.Inno. & Ioan.Andr.in d.cap.intimaſti.& ibi Moder.col.5.uerſic.aliquando & ſecundò. dicentes hanc eſſe communem, & ſecundum eos hoc maximè procedit, quando infra decem dies non fuit appellatum, ut in caſu noſtro contingit.

SVMMARIVM.

1 *Pax rupta dicitur: cum aliquis in ea comprahenſus fuit interfectus.*
2 *Et quid ſi non fuit facta pax, nec data ſecuritas.*
3 *Conditionis defectus ſuſpendit prouiſionem.*
4 *Ante implementum conditionis diſpoſitio non ſumit effectum.*
5 *Referens nihil probat, niſi relato apparẽte, declaratur nu.12. & ſequen.*
6 *Dictio eo ipſo, denotat miniſterium iuris abſque aliquo interuallo.*
7 *Si partes habuerunt reſpectum ad promulgationem laudi tantùm, ſufficit promulgatio, eſto quòd non appareat promulgatum, & alijs ſequentibus, & nu.ſexto.*
8 *Aliud eſt laudum, aliud contentum in laudo, aliud eſt inſtrumentum aliud contentum in inſtrumento.*
9 *Et ſic conſideratum fuit promulgatum, non contentum in illo*
10 *Vnius incluſio, eſt aliorum excluſio.*
11 *Ex diuerſis non bene infertur.*
12 *Relatio facta ad actum verificatur, ſi de actu conſtat, licet non appareat contentum in actu.*
13 *Relatio quando, & quo caſu requirat contentum in relato apparere, & nu.12.*
14 *Pacis priuilegia, remiſſiuè.*

CONSILIVM CXXXIII.

1 In cauſa iſta cum clarè † conſtet, Antonium fuiſſe interfectum de mandato Iuliani, non video quin pax non dicatur rupta, & fracta, conſequenter D. Iulianum ac eius fideiuſſores teneri ad pœnam contentam in compromiſſo propter pactum fractum, iuxta ea quæ per omnes nota.in l.4.§.Cato.ff.de uerbor.oblig.& in rubr. & in c.1.ubi plenè Modern.de treg.& pace, cum ſimilibus aliàs per me cõ
2 ſulendo deductis. ¶ † Et licet ex aduerſo dicatur, quòd non fuit facta pax, nec data ſecuritas inter partes ipſas, quo caſu non entis non poſſunt eſſe aliquę partes.l.eius qui, in princ. ff.ſi cer.pet.c.ad diſſoluendum. de deſpon.impub. cum ſecuritas promiſſa videatur in euentum, in quem arbitri ab ipſis partib.electi laudarent, ſed arbitri nullo modo laudarũt ergo.
3 † Defectus.n.conditionis ſuſpendit promiſſionem dictæ ſecuritatis, ut per Bar. in l.1. ff.de condit.& demon. & Lap.alleg.
4 119. † Et antequam cõdõ adimpleatur, diſpoſitio nunquam
5 ſummit effectũ.l.Aretuſa.vbi Bal.ff.de ſtatu hom. † & licet arbitri pronunciauerint, & laudauerint prout in cedula : tñ ex quo cedula, ad quam fit relatio, non apparet, referens nihil ꝓbat.l.aſſe toto.ff.de hæredib.inſti.l.in teſtamento.ff.de condi. & demon.& plenè in aucten.ſi quis in aliquo documento.C. de eden.tñ conſiderandum eſt, ꝙ in caſu præſenti non agitur ex laudo, ſed ex compromiſſo, & conuentione, & ſecuritate facta per inſtrumentum compromiſſi, in quo partes ipſę voluerunt expreſsè, ſecuritatem eſſe datam, & pacem factam eo ipſo ꝙ laudum eſſet promulgatum, & latum per dictos arbitros, & laudo lato, & ſolùm ꝓmulgato, eo ipſo intelligeretur facta
6 pax, & ſecuritas inter partes, † quæ dictio, eo ipſo, denotat miniſteriũ iuris abſq; aliquo interuallo: ut c.ſtatutũ. in fi. de reſcrip.in 6.in clem.1.de religioſis domib. & in c.1.§.fi. & in c. fi.de offi.ord.lib.6.& per Alb.in diction.ſuo in verbo eo ipſo, vñ cum ꝯſtet, dictos arbitros laudaſſe, & ꝓmulgaſſe, verificata fuit conuentio, & purificata dictæ ſecuritatis conditio.
7 † Oſtenditur clarius: nam partes voluerunt ſecuritatem datã ſecundum tenorem laudi ferendi, & ſecuritatem dederũt laudo lato, & ſolũ ꝓmulgato, & ſic ꝯſiderauerũt ꝓlationes laudi non aũt contentum in laudo, differunt.n.iſta. Nam aliud eſt
8 laudũ, ſeu ꝓlatio laudi, & aliud eſt contentum in laudo † ſicut

cut in simili, aliud est instrm, & aliud cōtentū in instro, vñ potest esse instrm, & tñ contenta ī eo possunt esse falsa, vel nulla, vt plenè hr per Inn. Abb. & Mod. post Fel. in c. cū venerabilis, de excep. & per Barto. in l. in testō. ff. de fideicom. libe. Ang. in l. 1. C. de præscr. 30. ann. & quæ plenè per Fely. in c. capitulum char. pe. ver. limita octauò, de rescr. cū simil. aliud est. n. ꝯtinēs. aliud cōtētū; ut in locis præalleg. vnde cū partes ipsę fecerint pacē sub conditione ꝓlationis laudi, & laudū fuit promulgatū, ꝑñr conditio adimpleta, sequit̃ necessariò quòd rupta pace potest agi ex dicto instro cōpromissi iam purificati per prolationē laudi, de qua apparet instrm publicū, cōtraria verò ꝓcederēt, qñ pax esset facta sub ꝯditione cōtētorū in laudo, qđ nō

9 est dicendum. †Nam partes non senserunt de contentis in laudo, sed tātum de prolatione laudi, quarum intentio attēdenda

10 est, vulga. l. non oīs, & l. rogasti. ff. si cer. peta. †& quia vnū casum incluserunt, alia uidētur exclusisse. l. cum prætor. ff. de iu-

11 di. c. nonne. de præsum. ¶† Nō ob. d. auc. si quis in aliquo documento. ex quo termini sunt diuersi, ex quib. nō bene īfertur

12 vulg. §. nihil cōe, diuersitas ostēditur, nā. d. auc. †& eius materia loquitur de scriptura se referente ad aliā, quo casu regulariter referens non probat relata, nisi exhibita, sed nos sumus in actu, & cōpromisso cōditionali, quæ ꝯditio fuit adimpleta, statim ꝙ per arbitros facta fuit prolatio laudi, de qua prolatione ꝯstat per instrm, & sic compromissum ex istis remansit purificatū, & ex eo modo agitur, non aũt ex laudo, nec contentis in

13 eo, vnde nihil obstat, q̄n ad pęnā agi possit. ¶† Ad qđ: nā asserta relatio ad laudū ferendum facta vr̃ demonstratiuè, & cōditionaliter, nō aũt limitatiuè, & taxatiuè, & si limitatiuè tūc ad illud tm̃. s. ad ꝓlationē, ꝙ factū fuit: ut no. in l. postq̄. §. si dies.

14 ff. vt leg. nomi. cauea. †Ad quæ accedant aliæ ꝯiecturæ, & præsumptiones positæ in informatione facti, & ea quæ habentur per Modernio. in tractatu de potesta. reg. ubi ponunt priuilegia pacis post alios referentes. Parisius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum quantuncunque generale, in illis tantùm præiudicat rebus, in quibus facta est prosequutio, & super quibus fuit laudatum.*
2 *Et quid si in compromisso fuit dictum, quòd extendatur ad incogitata, & ad ea quæ dolo gesta sunt.*
3 *Et an propterea videantur omnia remissa.*
4 *Ex proœmio colligitur mens, & voluntas disponentis.*
5 *In controuersiis requiritur partium citatio.*
6 *Cogitatum potest esse in genere, & in specie.*
Non venit actio nunquam intentata.
7 *Sufficit cogitatio ī genere, ut super illo arbitri possint laudare.*
8 *Verba laudi generalissima restringuntur ad ea, quæ possunt liquidari ex actis & productis.*
9 *Si probatio tollitur facto aduersarij cōburētis scripturas, operatur, ut stetur iuramento partis.*
10 *Compromissum fieri non potest super spiritualibus, & eius connexis, & tangentibus alienationē rerum, & iurium ecclesiæ.*
11 *Compromittere species est alienationis.*
12 *Compromissum quādo & quo casu potest fieri à procuratore.*
13 *Et quid si mandatum procuratoris fuit limitatum.*
14 *Laudum latum post tempus nullum est.*
15 *Laudi prorogatio quando potest fieri.*
16 *Et à quo possit fieri.*
17 *Procurator an possit prorogare terminum.*
18 *Prorogatio fieri debet, durante termino, & non post.*
19 *Et an de nouo possit compromitti per procuratorem.*

CONSILIVM CXXXIIII.

1 Nulli Dubium, † ꝙ quantumcunq; generale sit compromissum, in illis reb. præiudicat, sup q̄b. est facta discussio, & laudum est sequutum. l. si cum dies. §. plenum. l. de rebus. ff. de arb. cum sim. sed Petrus nec coram aliquo iudice ante ꝯpromissum, nec corā arbitris est prosequutus actionem furti non manifesti, nec arbitri super ea laudarunt, ergo est sibi integra actio furti non manifesti. d. §. plenum. ver.

2 sed si forte. ¶† Non obstant duo, quæ in ꝯtrarium adducuntur. Primū: q̄a in cōpromisso est dictū, ꝙ illud trahatur ad īcogitata, & quæ dolo gesta sunt, & in laudo est expressum, ꝙ ēt ab solūt ab his, quæ gesta sunt dolo, & ab īcognitis, & quietatio

3 generalis est facta per Petrum, iuxta formā laudi. †Ergo videntur oīa esse remissa, iuxta nota. per Bar. in l. cū aquiliana. ff. de transac. & per hoc tolliur tex. cū materia in l. Aurelio. §. Caius.

4 ff. de liber. lega. & in l. tres fratres. ff. de pac. †Nam respōdetur, & ex duobus oñditur non obstare. Primò: quia certum est, ꝙ ab exordio cuiuslibet dispositionis licitū est arguere mentē disponentiū. l. fi. ff. de hær. insti. cū concor. sed arbitri dixerunt, se ferre sñiam sup illis differentijs, quæ corā diuersis iudicib. versę erant, & nūc corā eis vertebantur. Considera duo. Primū, ꝙ determinant lites, quæ corā diuersis iudicibus pepēderāt, sed

5 ista actio furti non manifesti nondū fuit intentata, ergo. † Secundū, ꝙ iudicāt super controuersijs, ad cuius cōtrouersię substantiā necessariū est, ꝙ pars citetur. l. diuus Pius. in prin. in gl. 1. & ibi Bar. ff. de peti. hære. sed super actione furti non manifesti nunq̄ fuit Io. Iacob. citatus, & ita impossibile est, ꝙ trahat̃

6 laudū ad eā actionē: cū nunq̄ fuerit ꝯtrouersia, nedū lis. † Ad verbū, incognita, respondetur, ꝙ non tenet ꝯsequentia, arbitri voluerūt trahi ad incognita eorū laudū, ergo intellexeunt de actionibus nunquā intentatis, & ꝑñr nō cogitatis; quia potest esse aliquid cogitatū in genere: tñ nō est specialiter cognitū, ut declarat Bar. cū quo alij transeūt in l. si de certa. versic. hic aduerte. C. de transa. Petrus aũt, q̄ intētauit actionē iniuriarū,

7 potuit cogitare gñaliter de taxatione, †sed quæ & qualis erat futura taxatio, erat sibi incognitū, itē petijt ꝯdemnari Io. Iacobū ad restitutionē pecuniarū quas fratres dicti Io. Iacobi accepērāt, sed quæ, & quales & quātę essent dictæ pecuniæ, erāt ipsi Petro incognitę, gñaliter tñ potuit de eis cogitare, & sic non

8 est verū, ꝙ sup incogitatis laudauerint arbitri. ꝓut ēt rñdet̃ † ꝙ licet verba laudi essēt gñalissima; tñ semp vr̃, ꝙ restringātur ad ea, quæ pñt liquidari ex actis; & ita vr̃ esse de ītētione Ang. ꝯsi. 247. col. 2. versi. ꝯcludo. & in ꝯsi. 75. subdēs rōnem; quia aliàs de facili daret̃ circūuētio & deceptio, ꝙ esse nō dēt, citās tex. in l. cū hi. §. cū lis. ff. de trāsa. cui decisioni vr̃ adhærere Alex. &

9 Barbati. in d. l. cum aquiliana. in additionib. ad Bart. ¶† Nō ob. Pet. nō docet, qđ ꝯtineret̃ ī cōputo, ergo nō pōt ęstimari duplicatio. Præterea Petrus nō docet quāti sua interfuit, nō cōburi cōputū, ergo saltē de ęquitate canonica non audiendus. Nam rñdet̃, ex quo facto aduersarij cōburētis cōputū est sublata facultas ꝓbādi, uel saltē arctata, statur iuro Petri, ꝙ in ꝯputo ꝯtineret̃ quanti sua interfuit non ꝯburi. l. si de possessione, & ibi post Cyn. C. de prob. cumulat Alexan. in aucten. si q̄s ī aliquo, co. 2. C. de eden. & uidēda sunt, quæ aliàs ꝯsulēdo circa oīa ꝓdi

10 cta deduxi. ¶† Circa aliud laudū latū uirtute asserti ꝯpromissi, nullū fuit, ex quo tale ꝯpromisśu fieri nō potuit sup rebus tāgētib. spiritualia, & illis ꝯnexa, & sup rebus tāgen. alienationē & dismēbrationē rerū dictarū ecclesiarū, iuxta nota. in c. p tuas. de arbitris, & p Spec. in eo. ti. §. reperit. versi. itē de sñia, & p Host. in summa eo. ti. vers. de qua re. & notāter p Inn. in c. de

11 cætero. de trāś. & p totū de reb. ecclesia. non alienā. †Ad quę: nā cōpromittere species est alienationis, & q̄ cōpromittit alienare dr̃, & cui ꝓhibet̃ alienatio, prohibet̃ & ꝯpromissum, pulchrè p Lap. in alleg. 111. et Deciū cons. 44. in fi. vbi notat̃, ꝙ in talib. sine ꝯsensu superiorū ꝯpromitti nō pōt, ad qđ ꝯsi. dñi Signor. de Amodeis, quod incipit, dñs eps Nouariæ, & q̄a in casu nr̃o auctoritas, & cōsensus superiorū nō interuenit, sequit̃,

12 vt s̄. †Præterea posito, ꝙ potuerit cōpromitti; attñ ex alio laudū assertū nullū est. Nā cōpromissum factū apparet, nō p principales, sed p assertos ꝓcuratores, q̄ habentes speciale mādatū, uel gñale cū libera potuerūt compromittere, iuxta no. in l. trāsactione. C. de transa. & in c. q̄ ad agendū, ī fi. de procur. lib. 6.

13 †tñ assertū mandatū fuit limitatū ad cōpromittēdū vsque ad certū, & limitatū tp̄s, a cuius forma, & tenore procuratores recedere non potuerūt, p no. in l. diligēter. ff. mād. & in c. cum dilecta. de resc. & cū tale cōpromissum factū fuerit iuxta formā

14 mandati usq; ad certū tp̄s, elapso tpe expirauit, †& laudum latum post dictū tp̄s fuit, & est nullū, ut dicit text. in l. si cū dies. in prin. & in §. si intra diem. & in l. si de meis. §. fi. & l. seq. cum concor. ff. de arbit. & per Spec. in d. tit. §. finitur, & pulchrè p

15 Bal. in c. quintauallis, de iu. iur. †Quibus non ob. asserta ꝓrogatio, ut dr̃, facta p dictos procuratores, primò: q̄a de ea nō cōstat, vñ non entis nullæ sunt qualitates, vulg. l. eius q̄. ff. si cer. pet. ¶Et si diceret̃, ꝙ licet expresè ꝓrogatio nō appareat: tñ tacita fuit procedendo ad vlteriora, & expeditionē cōpromissi.

16 †Nā replicat̃, ꝙ asserti ꝓcuratores nullā habebāt ptātē ꝓrogādi, ergo ꝓrogare nec expsè, nec tatitè poterāt, p no. ī l. cū q. d. ff. si cer. pet. faciūt no. ī d. c. cū dilecta. & l. diligēter, mā. Et licet

quis

quis habeat ptãtem cõpromittendi; tñ nõ cẽsetur hr̃e ptãtem prorogãdi, nisi expresse hoc dicatur, tex. & ibi gl. in l. nõ distinguemus. §. fi. ff. de arbi. & Mod. in trac. de arbi. in ver. prorogatio. vbi in proposito volunt, & ꝯcludunt, ꝙ ad hoc vt cõpromissi prorogatio valeat, multa debẽt cõcurrere, & copulatiuè interuenire, quę in casu nr̃o penitus cessant, ꝯñr asserti ꝓcuratores nõ habẽtes ptãtem in hoc prorogare expresse, nec tacitè nõ poterãt, & laudũ assertũ latũ virtute .d. tacitę ꝓrogationis post lapsũ termini fuit, & est nullũ. vt s̃. & aliàs plenè cõsului.

17 † Ad quæ no. in cle. quandiu. de appell. vbi procurator nõ põt prorogare terminũ, & ẽt p Cal. in cõsi. 3 ĩi ti. de procu. ad quæ no. in l. qui Romæ. §. Calimacus. ff. de verb. obli. & faciũt ĩ puncto no. per gl. & doc. in c. cũ olim, el 1. de offi. dele. & p. Mod. ĩ l. si cõuenerit. ff. de iurif. om. iudi. vbi habet, procuratorẽ iuris-

18 dictionẽ prorogare nõ posse. † Ad qđ ẽt: quia ꝓrogatio cõpromissi fieri dẽt durante priore tpe in cõpromisso statuto, & nõ post. l. sed si manẽte. ff. de precar. & gl. in l. Labeo ait. §. fi. & ĩ d. l. si cũ dies. in princ. ff. de arbit. & Modern. in d. trac. in ver. prorogatio. faciunt no. in c. cum P. & B. de offi. deleg. & in l. 11. & 2. ff. de iud. cũ sim. Cũ ergo asserta prorogatio facta dicatur post lapsum termini in cõpromisso statuti, necessariò sequit̃, ꝙ prorogatio dici nõ põt, sed deberet sibi assumere nomẽ noui cõpromissi; ut notatur in dictis iuribus, & tale nouũ compromissum esse nõ põt; tũ quia factũ nõ apparet; tum quia asserti

19 procuratores ptãtem faciendi de nouo nõ habebant, † & considerando oĩa capita necessariò concludendum est, assertũ laudum nullius fore momenti, & roboris. Parisius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens parochialem auctoritate ordinaria potest capere possessionem, & administrare.*
2 *Renuncians non potest vlterius ad beneficium redire, nec se intromittere.*
3 *Resignatio simoniaca non priuat resignantem titulo.*
4 *Resignatio meticulosa non valet.*
5 *Metus non inducitur per vim impulsiuam, seu inquietatiuam.*
6 *Metus debet esse talis, qui cadat in constantem.*
7 *Metus non inducitur per solam accusationem institutam.*
8 *Metus debet esse continuus, & de præsenti.*
9 *Exemplum non probat.*
10 *Præsumptio non est, quòd princeps voluerit facere iniustitiam, & priuare aliquem suis bonis sine causa.*
Superioris auctoritas excusat à metu.
11 *Metus debet esse cum eisdem, non cum alijs.*
12 *In ciuitate libera non præsumitur inferri metus.*
13 *Metus quando consideratur.*
14 *Liberans aliquem licitè recipit aliquid.*
15 *Resignatio meticulosa ipso iure valet.*
16 *Resignatio simplex valida est.*
17 *Etiam si mente cõcipiat renunciare in fauorem certæ personæ.*
18 *Simonia mentalis tollitur per pœnitentiam.*
19 *Resignatio facta absenti tollit suspitionem simoniæ.*
20 *Licitè potest quis dare aliquid, ne molestetur super beneficio, & redimere vexationem.*
9 tuit acquiri ius obstante dicta regula in uerbo, assequi, † qđ verbum denotat acquisitionē iuris & facti in beneficio; ut not. Io. Andreas in c. ne captan. in vers. ius in ipso. de ꝯcessione ꝓbēdæ, lib. 6. quē sequit Dominicus & doctores ibi, & facit text. in c. ad decimas, de restitu. spol. lib. 6. & in c. fi. de clericis non residen. Prouisio igit apostolica præfato. D. ꝯcessa per dictam reseruationē, & collationem in ea factã, nõ debet impediri, maximè q̃a in dicta ꝓuisione Apostolica fuit expresè derogatũ specialibus & generalibus reseruationibus alijs ꝯcessis. & ꝓpterea expeditio dictę reseruationis postmodũ facta nõ potuit ꝓiudicare dictę prouisioni, q̃ iã sortita fuerat effectũ, & si aliter diceremus, daret materia fraudandi dictã regulã, & ꝓcurãdi dictas collatio. & tũc in reseruationibus, q̃ collationē absque difficultate obtinent, & sic regula seruiret de nihilo, & nõ obuiaret fraudibus, q̃ in talibus reseruationib. nõ expeditis cõmitti solēt, & tanquã odiosę ꝓiudicãtes collationi ordinariorũ sunt restringēdę, ut est de mēte Papę, q̃ ex dicta seq. regula col
10 ligit.† Pręterea, prout dicit Lap. quē refert, & sequit Domi. in d. §. sanè. in fine, tunc ꝑ collationē acquirit ius in bñficio, qñ fuit acceptata ꝑ eũ, cui fit collatio, seu ꝑ eius ꝓcuratorē, allegat. c. cũ inter canonicos. de electionibus, & nota. in d. c. ne captãdæ, & in c. si tibi absenti. de ꝓben. in 6. & faciunt not. ꝑ gl. in clem. fi. in fi. ut lite pēdēte, sed in casu nr̃o dicta reseruatio & collatio factę fuerũt motu ꝓprio, nec ante expeditionē dictarũ literarũ apparet, ꝙ fuerit acceptata, post vacationē verò nõ potuit acceptari obstan. d. regula, meritò expeditio dictę reseruationis post vacationē factã nõ potuit, nec ꝑt ꝓiudicare dictę ꝓuisioni factæ in fauorē ꝓfati. D. cui erat iã ius q̃sitũ in d.
11 canonicatu & ꝓbēda. ¶† Itē ad id, quod ꝓtendit ꝑ partē aduersã, ꝙ dicta reseruatio, de qua agit, fuerit reseruatio facta in ꝑsona Papæ dicto canonicatu & præbēda primò vacaturis, ut posset ꝓuidere ꝑsonæ sibi gratę &c. & propterea dicta reseruatio sit cēsenda magis fauorabilis, & nõ regulat, nec restringat ſm dictã regulã ꝯ nõ expediētes lr̃as &c. Nã rñdet, ꝙ dicta reseruatio in ꝑsona Papæ & collatio prædicta in persona præfati. A. ex nũc prout extũc fuerũt vnico ꝯtextu factę, & nõ sub diuersis
12 bullis & diuerso tpe.† & propterea ex ꝯtinuatiõe actus apparet, ꝙ fuerit ficta & momētanea ĩ persona Papæ ad vtilitatē ipsius. A. facta, licet fuerit adhibita dicta cautela, quæ nõ debet officere veritati, & ideo talis reseruatio regulari debet ſm dis-
13 positionē d. regulæ de expediēdis lr̃is, ꝯsiderari † em̃ debet id, qđ agit nõ ãt qđ simulatè ꝯcipit. l. emptione. C. plꝰ vale. qđ agitur, no. Bar. in l. si sub specierũ. C. de postu. & in l. si ex precio.
14 si cer. pe.† & hoc clarè ꝯstat ex modo expeditiõis d. bullæ reseruationis, q̃ fuit taxata in cãcellaria Apostolica; ut ĩ ea patet, q̃ taxatio ostēdit, ꝙ nõ fuit in ꝑsona Papæ, sed ad instãtia præfati A. q̃a si fuisset ĩ ꝑsona Papæ expedita, scriptũ fuisset ĩ cãcellaria, visa &c. & q̃a actus sequētes declarãt, q̃ fuerũt gesta ĩ præteritũ. l. si q̃ adulterij. C. de adulterijs. §. pauonũ. institut. de rer. diuisi. cũ si. ¶ Itē nõ obstãt derogationes appositæ in d. reseruatione circa regulas derogatorias reseruationũ; q̃a, ut patet, specialiter ĩ ea derogatũ est aliquibus ex dictis regulis, nõ ãt est derogatũ vltimæ regulæ ĩ cã ꝓductæ, q̃ primò ꝯseruat reseruationes cõcessas circa officia, deinde ĩnouat circa bñficia oēs alias regulas reuocatorias ꝓcedētes, & illas ꝯfirmat, nisi reseruationes ꝯsistorialiter eēnt factæ, de qua regula nulla ē mētio ĩ d. reseruatione, nec ipsa reseruatio ꝯsistorialiter fuit ꝯcessa, & ꝓpterea derogationes in illa appositæ nõ cõprehēdunt dictã regulã, ꝓterea ĩ quantũ derogat in fine alijs ꝯstitutionib. & regulis loquit expresè de edēdis, & publicãdis, nõ autē de editis maximè de

mẽ ḋ dicta vltima regula antea edita, vt ex tenore dictarũ dero gatoriarum apparet. ¶ Vltimò ꝯsideretur, ꝙ dictæ derogationes in dicta reseruatione positæ solùm loquuntur de regulis annullantibus reseruationes, sed dicta regula contra non expediẽ tes literas apostolicas, nõ annullat reseruationes, sed susp endit earum effectũ, donec literæ expediant, ut patet ex ipsius teno-
15 re, ergo in dictis derogationibus non cõprehenditur.† Immo dicta collatio Papæ ex nunc prout ex tunc de canonicatu, & p̃benda primò vacaturis intelligi debet ſm tenorem dictæ regu
16 læ primæ, si literæ desuper fuerint expeditæ † cũ vna dispositio principis sequẽs intelligat, & limitet ſm dispositionẽ principis præcedentẽ, vt no. Bar. in. l. Gallus. §. & quid si tãtùm, de libe. & posth. & idem Bart. & doct. in. l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Trebell. & ꝑpterea videt, ꝙ dicta reseruatio non possit obstare prouisioni apostolicæ in ꝑsona præfati. D. factæ, qui est familiaris Papæ, & eidẽ gratus, vt ab exordio suæ prouisionis colligitur, & sic mens Papæ nõ est frustrata, inquantũ reseruauit, ut prouideret personæ sibi gratæ, ut est. D. in cuius prouisione Papa derogauit specialib. & generalib. reseruationib. alijs ꝯcessis cũ clausula, ẽt si dicti canonicatus, & p̃benda dispositioni apostolicæ specialiter reseruatæ existũt. Parisius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Terminus, & dies datus per regulã prouisis ex vacatione per resignationem, an incipiat à die datæ supplicationis, vel à die consensus præstiti, & seq.*
Dictio ex tunc, refertur ad extremum tempus, de quo est præmissum.
2 *Literis loquentibus de facto apud dantem celebrato credendum est, nec contrarium probatur.*
3 *Impedimentum expediendi literas infra terminum, an & quando excuset.*
4 *Debet tamen concludenter opponi, & probari.*
5 *Et quid si alij non obstante illo impedimento expedierunt literas infra terminum.*
6 *Et quid si impedimentum fuit iustum; tamen pars nullam fecit diligentiam.*
7 *Publicatio, & petitio possessionis debent fieri ab illo resignatario non à resignante, ut satisfiat regulæ.*
8 *Resignans quò ad beneficium resignatum pro mortuo habetur.*
9 *Duo determinabilia debent pariformiter determinari.*
Declarantur verba dictæ regulæ.
10 *Qualitas vnius verbi declarationem recipit ab alio.*
11 *Dispositio requirens duo, ambo adeße debent, nec sufficit vnũ.*
Regula prædicta, & publicationem, & petitionem poßeßionis copulatiuè requirit.
12 *Renunciatio simoniaca ex quibus coniecturis probetur.*
13 *Vt si renuncians vnicum tantùm habeat beneficium.*
14 *Et quia non præsumitur quis suum iactare. & nu. 15.*
16 *Et si in dita retinuit resignans omnes fructus. & nu. 20.*
Euentus rei, & actus sequens ostendunt, qualis fuit animus in præteritum.
17 *Clausula insolita apposita in resignatione idem arguit.*
18 *Resignans non debet manere in poßeßione, nec fructus percipere, aliàs intrusus est.*
19 *Nam resignando voluntariè priuatur beneficio.*
20 *Attenditur magis, quod uerè agitur, quàm quod simulatè concipitur, ex pluribus.*
21 *Ex vicinitate actus, & continuatione præsumitur fraus.*
22 *Personarum coniunctio simulationem & fraudem arguit.*
23 *Et si à sene & valitudinario.*
24 *Et si pars resignatoria confiteretur, erit idem.*
25 *Nec validatur, si præcedente pactione simoniaca fructus beneficij resignati reseruãtur alicui publicè, si de tali pacto Papa, qui confirmauit, ignorantiam habuit.*
Papa enim super vitio ignorato non dicitur dispensare.
Clausula ex certis causis animum mouentibus, de quibus debet intelligi. & nu. 26.
27 *Dispensatio ex causa falsa obtenta nihil valet.*
28 *Sureptitia gratia dicitur, si modus facti non fuit narratus.*
29 *Et si super simoniaca resignatione emanauit, adhuc nulla est.*
30 *Fraus secreta in animo consistens simoniam arguit.*
31 *In istis attendi debent tenores mandatorum.*
32 *Mandatum procuratoris ad facienda non operatur in iam factis, operatur tamen ratihabitionem factorum.*
33 *Ignorans factum nunquam dicitur ratificare.*
34 *Substituens procuratorem nõ videtur ratificare gesta per eum, si ignorabat.*
35 *Si mandatum est ad pensionem, non extenditur ad reseruationem fructuum.*
Mandatum debet intelligi secundùm relatum.
36 *Prouisio redditur nulla, si non implentur contenta in illa.*

CONSILIVM CXLIII.

1 Quod Terminus † præscriptus a regula, prouisis ex vacatione per resignationem, incipiat a die datæ suppositionis, quæ pariter in literis apposita est. non autem a die consensus in cancellaria præstiti, ostenditur ex uerbis regulæ, quæ cum præmisisset de resigna. beneficijs, & illorum resignation. in præfixione termini astringit prouisos ex tunc ad publication. &c. dictio autem, ex tũc, refertur ad extremum tempus, de quo est expressum. l. 4. ff. de condit. & demonst. l. fi. ff. de fideicommissa. liber. l. 1. §. rectissimè. ff. de ui & ui arma. in glo. in cle. 1. in versi. ex tunc, de iure patronatus. facit glo. in cle. 2. in princ. in uersic. ex nunc, de hereticis, & no. Archi. in c. si eo tempore. de electionib. lib. 6. & in c. ego Ludou. 63. distin. & consequenter a tempore resignationis factæ, de qua prędixerat, resignatio autem, quin sit facta sub data literarum, dubium non admittit; cum ita Papa testetur de facto apud se,
2 & in suis manibus explicato, ꝯ cuius† assertionem probatio in ꝯriũ non admittitur. cle. literis. in tex. & gl. de proba. per rationem, de qua per Io. And. in. c. si motu proprio. de præb. in 6.
3 † quæ ad excusationem aduersarij ad effectum seruandi mandata regulæ dicuntur, ꝙ non potuit infra terminum accedere ad vrbem ad literas expediendas propter bellum quo itinera essent non tuta, nõ possum formaliter pręcisè respondere sed cum distinctione, pręmisso ꝙ impedimentum tale verificatũ excusaret. c. ex parte. de appel. c. accedens. vt lite non contestata, quod ĩ c. cupientes. §. quòd si per viginti. de electionib. lib. 6. c. ex ratione. de appell. & quod ibi no. Cæterùm oportet cõ-
4 cludenter deduci. † Hinc Imperator Alex. confutat allegationem excusantis se non potuisse accedere ad sui præsentiam ad appellationem interponẽdã, quòd per vnam viam, qua citius eundum erat, itinera essent infesta militibus, si mõ alia quãuis longiore tutius esset accessus. l. Imperator Alex. quam ita ĩtellexit Bar. ff. de appel. eandem confutationẽ facit Papa in c. cũ dilecti, de dolo & ꝯtumacia, ꝙ sicut tutus mitti potuit nuncius, potuisset pariter procura. & per hãc cõfundit allegatio aduer-
5 sarij, præsupposito† ꝙ in themate, sine dubio, probetur, ꝑ id tempus instantis dilationis & termini a renũciatione, alios ꝑ eadem itinera venisse tutè ad vrbem: q̃m nõ est ratio, cur ipse venire non potuit: cũ alij cõiter venerint, sicut ẽt Papa in c. cũ dilecti. de dolo & ꝯtumacia, reijcit excusationem citati, q alle gat non potuisse mittere procuratorẽ, cũ tñ probat misisse nũciũ, ita ꝙ sicut vnus venit, ita & alter cõiter venisse potuisset, ita & in casu nr̃o, & lõgè magis, si ꝯstat multos venisse, pariter
6 ꝯstare ꝯcludat & ipsũ.† Pręterea, q̃ impedimẽtũ fuisset vtiq; iustũ, nõ est allegabile ab aduersario, de quo nulla diligẽtia ostẽ dit, vñ ꝯstet, impedimẽtũ fuisse immediatã causã; quia nõ uenerit ad literas expediẽdas, itaq; pinde appareat, impedimẽtũ fuisse immediatã causã ꝑhibẽdi aduẽtũ, ꝑ no. ꝑ Inn. in c. transmissa. de p̃scr. Bar. ꝑ illũ tex. in l. qui ꝯmeatus. ff. de re mili. ĩ l. 2. §. qđ diximus. ff. si quis cautio. ex quibus hanc theoricam sumit Abb. in c. sciscitatus. & in c. plerũq;, de rescriptis, ad quod
7 affert no. in c. 1. & c. ad audientiã. de rescrip. ¶ † Non ẽt obstat ꝙ renunciãs dicat in c. publicè testatus, se renunciasse: quia publicatio, & possessionis petitio exigit ab illo, quẽ res tãgit ſm
8 verba regulæ, & post renunciationẽ ꝙ prædicta fiant, † non interest amplius resignantis, qui quò ad beneficium resignatũ habet ꝑ mortuo. §. ecce, in quibus. 7. q. 1. & Rot. in ti. de procur. decisio. 28. in no. & siue resignatio sit nulla, vł aliqua vsq; ad
9 ipsius obitũ, ꝑ regulã nil disponit in ipsius p̃iudiciũ. † Præterea verba, nisi resignatio publicata, & possessio petita, deriuant ab vnico verbo, fuerit, qđ debet illa pariformiter determinare. l. iã hoc iure, ĩ princ. ff. de vulg. & pup. l. quãuis. & l. hr̃ditatẽ. C. eod. tit. certũ aũt, ꝙ petere possessionẽ, nõ tãgit, nec respicit nisi personã prouisi ꝑ resignationẽ, nõ aũt resignãtis, qui frustra

peteret

peteret, quod habet, sicut ergo vnũ ex duob. qđ eadẽ ratione eodemque verbo terminatur, non nisi ꝑuiso ꝯuenit, ergo &
10 alterũ, scilicet publicatio resignationis.† Cum etiam & qualitas vnius verbi ab altero declarationẽ recipit, iuxta.l.si seruus plurium.§.fi.ff.de lega.1.cũ simi. Ad hoc tex. elegans ĩ l.1.ff. de reb.dub.&, ut p̃misi, certũ sit, nec publicationẽ nec possessionis petitionẽ ptinere ad resignantem. itaque verba regulæ de illo intelligi non possunt, in quo illa nõ verificantur. l.4.§. toties.& quod ibi Bar.ff.de dam.in fec.l.1.§.interdictum autẽ hoc.ff.de inter.c.indemnitatibus.§.sed cum.de electionib.lib.
11 6.† Item frustra tantum insistimus: cum regula copulatiuè requirat publicationem & possessionis petitionẽ, vnde vbi maximè publicatio, vel legitimè facta esset, non esset satisfactũ regulæ ꝓpter non petitam possessionem.l.si is qui ducenta.§.vtrũ.
12 de reb. dubijs. cum simi. ¶† Vlterius renunciatio simoniaca ꝯuincitur, & sic nulla, secundùm Innoc. in c.cum vniuersorũ, de rerũ pmutatione. Archid. in c.ordinationes.1.q.2. & in c. dudum.in prin.de p̃bend.lib.6.glos.in verbo pecuniæ.in c.super hoc.& ibi Inno.de renunciationibus.& tenet Rot.decisio. 236.in antiq. hoc autẽ clarè demonstratur ex ꝯiecturis cumulatè ꝯcurrentib.& ꝯuincentibus. Primò: quia materia ipsa renunciandi bñficio suo labore quæsito est ꝯtra iuris p̃sumptionem.c. super hoc. de renunciationibus.l. cum de indebito.ff.
13 de ꝓbationibus † aggrauat suspicionem; quia non nisi vnicũ beneficium habuisse ꝯstat, tunc grauior iudicatur amissio; ut ꝓbat text.in l.si collectaneus.ibi, ut non utique seruum vnum
14 habeat.ff.de manumis.vindic.† Item quia & si alia haberet, nõ
15 præsumitur iactasse honorabilius.† Vnde fraus suscipitur per tex.quem in hoc nota. Ang. in l.summa cum ratione.ff. de peculi.& idem etiam Imol.in l.fin.ff.de stipulatione seruorũ.vbi ad id allegat textum in auth.de trien.& semis.§.1.ibi, alijs quidem meliora.& ꝓpterea non credendum renunciare voluisse purè & liberè, sed uerius pactione retinendi omnem vtilitatem, quę de beneficio proueniebat, ut euentus demonstrauit.
16 † Comprobat hoc ipse euentus; quia cum retẽtione omnium fructuum in vita.itaque talis conuentio & intentio creditur a principio machinata & ꝯuẽta, ut ꝓbat tex.in l.sicut.§.superuacum.ff. quib. modis pignus vel hypothe.solui. & l.& qui sub imagine.C.de distra.pignorũ.ad idem textus in l.si qui adulterij, & hanc ꝯiecturã pcipuè affert Bar. ad ꝯuincendũ ꝯtractũ simulationis, non purè, sed p̃sumpto pacto retinendi ius in re simulatè alienata in l.post contractum.ff.de donationib. est & coniectura fraudis; quia in mandato ad renunciandum, purè & liberè, adiecta est clausula insolita atque superflua, scilicet,
17 cũ fructib. vniuersis ad archidiaconatum spectantibus.† quæ clausula insolita, ubi de simulatione agitur, suspicionẽ eximiè aggrauat: ut est glo.not. in l.6. C.de condi.institu.& not.in l. cũ allegas.C. de usur. superflua autem indubiè committitur: quia cũ renũciatione reddidisset se omnino exclusum, & alie-
18 nũ a iure & titulo beneficij.† fructus nullo pacto ptinuissent ad ipsum, qui illos pcipiendo fur & latro conuinceretur.c.dudũ.de elec. & ꝯtinuando in possessione remansisset intrusus, sicut quiuis beneficij titulo priuatus.c. cum dilectus.de purga.
19 cano.† Porrò maior priuatio causatur voluntaria renũciatione, quàm illa, quæ in inuicem, ut demonstrat eleganter Oldr. ꝯs.227.col.4.a Io.An.in add.Spe.eo.ti.ꝯuincunt dicta verba, cum fructibus, magis fraudem; quia in hoc eum contrarium
20 voluisse euentus demonstrauit, † cuius contrariũ effingere voluerũt, ad hoc quod not. Bal.in l.3. plus valere, quod agitur, ꝙ verba in contractu emptionis aliàs suspect. quòd vendidit purè & liberè & non in fraudẽ vsurarũ, maiorem ingerunt suspicionẽ: cũ expresè negant, quod facere intendunt ad id cõtingendum, quod notabiliter attulit, do.Cardi.in c.ad nostrã. de emptio.& uendi.idem no.Bal.in l.2.p illum tex.C.de collu.dete. in creditore extorquen. confessionem apud episcopũ quòd pro uero & puro mutuo & capitali nõ autem in fraudẽ vsurarum, cui cõsonat quod apud Martialem in quarto. Ars ẽ fraudandi, quod nolis velle videri, & apud Oratium ad Quintum lib.1.epistolarum. Da mihi fallere, da sanctum, iustũque videri, noctem pacatis, & fraudibus obire nubem. Comprobatur certius: quia qua die in cubiculo dñi p̃sente Francisco mãdatũ est renunciari cũ fructibus, eodẽ loco & tempore, præsens ibi Franciscus interuentu eiusdem notarij, & testiũ, eidẽ procuratori, cui. A. renunciari mandauit ꝯsentiri reseruationi oĩum fructuum in uita. A. quæ tpis eiusdem celeritas etiã suspicionem ingerit, argumento.l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuil.credi.& f̃m Bart.in d.l.post ꝯtractum, ad id.c.officij. de
21 electionib.& l.4.§.quod si ab ignoto. ff.de manumi. & † ita eorum nomine simul suppositum, renunciatum, ꝯcessum, & ꝯsensum, quæ igitur relinquitur dubitatio ita ꝯuentum, quẽ-
22 admodũ eodem loco &c.mandatum & executum† ꝯcurrit. Præterea ꝯiunctio p̃sonarum patrui in nepotem, quæ pariter suspicionem simulatæ alienationis purè aggrauat.l.data.ibi, domesticis fraudib. facile quiduis ꝓ negocij opportunitate ꝯfingi põt, vel id quod verè gestum est, aboleri.C.de dona.
23 † Item quia a sene & valetudinario, quem ꝯstabat, nõ posse diu viuere, ita ꝙ ad præueniendum, & fraudandum collatorem præsumatur, argõ.l.cum rõ.§.in bonis.ff.de bo.damn.& l.post ꝯtũ.de dona.ubi dictas ꝯiecturas ad fraudẽ cõprobat
24 Bar.& plenè Oldr.ꝯs.308.4.col. † Vltimò negari non p̃t, dictam renunciationem ex præmissis non ꝯuinci factam in fauorem Francisci, quod & ipse Franciscus proprio ore testatus est in quadam sua ꝓtestatione, ita ꝙ talis cã simonicã red-
25 didit renũciationẽ, vt ꝓbatur ĩ c.ex parte.de of. deleg.† Nec ob.ꝙ renũciationi & reseruationi fructuũ accessit auctoritas Papæ: quia hoc Old.in ꝓposito rectissimè ꝯfutat; quia minimè fuit expressum Papæ, ꝙ p̃cedẽ.pactione simonica, ut ꝯuincitur, quare non potuit auctoritate confirmari ab ignorãte.l. seruus.in prin.ff.de bon.posses.l.bonorũ.C.qui admitti, & alijs auctoritatib.quib.id comprobat, neque enim prĩceps dispẽsat sup uitio ignorato, argumẽto.l.sed si hac.§. patronũ.ff. de in ius uocan.quam in hoc Bal.alleg.in c.super literis.de re
26 scri.& Ang.no.† Falsa præterea fuit expressio, ꝙ ex certis causis animum suum mouentib. quia potuit intelligere nõ de dã-
27 natis, argu.c.solitæ.de maior.& obed.† Cũ princeps flagitiosos existimet indignos beneficio, argum.l.Lucius. §.Lucius Titius Damã. ff.de leg.2.& sic surreptitiè & nulliter.c.ad au-
28 dientiam, de rescriptis. † Et gratia intelligitur subreptitia, si non narretur ẽt modus facti, f̃m gl.& Inn.in c.dilectus filius
29 Abbas.de rescrip.quem ẽt alleg.Oldr.d.ꝯs.† Item mulier: qa simoniacè, ut no.in c.de simoniacis, de election.& in c.nisi cũ
30 pridem, in gl.de renunciationib.c.postulasti.de rescri. † simoniaca aũt concluditur, & plenè probatur dictis coniecturis, sicut & quælibet fraus secreta & in animo consistens, argum. l.qui autem.§.simpliciter.ibi, si modo nulla &c.ff.si quis omissa causa testamenti, f̃m Oldra.ibi, ꝙ idem Innoc.in probanda simulatione ꝯhentium in c.illo vos. de pignor. & ꝑñr etiam de non uacan.promissum : quia simoniacè renunciatum. Itẽ mandata ad renunciandum, & pariter ad consentiendum reseruationi fuerunt data anno.1515.die 12.Martij, renunciatio uerò narratur facta tertio non.Februarij anni ab incarnatione 1516.cum reseruatione fructuum, & præstitus consensus in cancellaria tam reseruationi quàm resignationi de mẽse Aprilis eiusdem anni, vnde illorum mandatorum uirtute non potuit validari resignatio & reseruatio iamdudum facta, cum mandata de futura resignatione facienda loqueretur, ut probatur in l.si verò non remuneran.§.si post creditum.ff.mã-
31 da.ut no.glo.in l.Iulianus ff.qui satis.cogan. ¶† Non ob.si dicatur, impetratio potuit fieri per quemcunque; quia non tamen renunciatio, quæ specialiter mandatum exigit. Non obstat, ꝙ mandatum & consensus non pertinet ad renunciationem faciendam sed comprobandam de voluntate domini fa-
32 ctam.† Ideo quandocunque superueniat, hoc conuincitur p̃sertim; quia mandatum circa facienda licet non operetur in iam factis, operatur tamen ratihabitionem actorum, ut probat tex.in d.l.Iulianus, quia in casu nostro neutrum præmissorum est possibile uerificari: cum comprobatio factæ resignationis tunc inferri posset ex mandato ad faciendum: cũ man-
33 dans sciret iam factum.† Cæterùm si ignorauit factum, nunquam potest intelligi ratificasse, ita notan. præmissa limitat Io.Andr.in addi.Spec.tit.de procu.§.j.vers. sed quid si procuratorium.ad quod.l.qui cum tutorib.§.fi.ff.de transac. & l.si
34 quis ita.§.pe.ff.de testam.tutel.† ita in ꝓcuratore substituẽte alium, ut hoc ipso intelligatur ratificasse gesta, quæ sciuit ab illo gesta tanquam substituto, volunt dñi de Rota in nouis. decis.443.aliàs 454.incipit. Item fuit dubitatum, utrum pro-
35 curator.† Item uidetur, ꝙ mandatum datum per Franciscũ non fuit sufficiens ad consentiendum reseruationi oĩum fru-

ctuum

ctuum; quia licet mādauerit ꝯsentiri reseruationi fructuū, nō tamen omnino, sed loco pensionis ꝯstituere. si igitur pensio ꝯstituta non appareat, non est existimandum, ipsum uoluisse ꝯsensum pstari, nisi per subrogationem iam cōstitu. & ꝓpterea si non apparet relatum, cuius occasione in exonerationem pēsionis erat consentiendum, cessat mandati executio, arg. l. in testamento, la grande. ff. de ꝯdi. & demon. ita ꝙ intētio erat; vt onus pensionis extingueretur, & transfunderetur in reseruationē pręmissam iure cuiusdā nouationis. Si igitur nulla erat obligatio, non potuit procurator iuxta mandatum talem consensum præstando, oneri mandātem subijcere. ¶ † Nō obstat, 36 si dicatur, mortuus est. A. nec tractamus amplius de reseruatione; quia dicimus, ꝙ defuit intentio Papæ ꝓuidere Francisco de Archidiaconatu, nisi pariter valide fructus reseruarentur A. si igitur hodie apparet, nunquā Franciscum ꝯsensisse, ergo ꝯuincitur nulla ꝓuisio quò ad intētionē mādantis. P. Pari.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, etiam si præsentationes nominationes &c. ius qualium personarum reseruat.*
Et si epus nō iure deuoluto, sed ordinario disposuit, an valeat.
2 *Sufficit consensum patroni post institutionem interuenire.*
3 *Licet retrotractio in præiudicium tertij nō possit fieri, quando actus a principio erat nullus. secus quando actus a principio habuit subsistentiam, licet potuerit irritari, nam tūc fit. nu. 4.*
5 *Collatio episcopi de iure patronatus, maximè clerici, ab initio non est nulla, sed bene venit irritanda per præsentationem patroni. & numero. 5.*
6 *Ordinarius potestatem habet disponēdi de ecclesiis. & nu. 10.*
7 *Etiam post actum intermedium in præiudicium tertij.*
8 *Iuri patronatus renunciari potest expressè verbo, & etiam tacitè ipso facto, & per aliquem actum.*
9 *Alternatiua concessa episcopo dicit gratiosa, & priuilegiata.*
11 *Et latissimè venit interpretanda in præiudicium concedentis.*
12 *Et an per eam, & ex quibus verbis uideatur episcopus exemptus a spectatiuis.*
13 *Intentio concedentis potissimùm attenditur.*
14 *Clausula vniuersalis, seu quamuis aliam dispositionem, licet in materia restringibili nō importet diuersam speciem a potestate conferendi a specificatis, tamen secus est in materia larga seu priuilegiatiua.*
15 *Implicatiua, etiam, ampliat gratiam.*
16 *Et maximè, ne dispositio reddatur delusoria.*
17 *Institutio & præsentatio quando & quo casu iudicantur ut diuersa. & nu. 18.*
19 *Clausula, communiter, vel diuisim, qualiter interpretetur.*
20 *Si ius patronatus commune episcopi, & capituli totum fuit deuolutum ad episcopum, potest ipse conferre & plenè disponere de illo.*
21 *Et actus iste collationis an vitietur, attēta primordiali natura.*
22 *At, an attendatur actus magis quàm habitus.*
23 *Consuetudo, ut capitulum disponat de tertia uacantia, qualiter sit intelligenda. & nu. 24.*
25 *Dispositio interpretanda est, ut non lędat ius tertij.*
Paria sunt, non esse, vel non posse disponere.
26 *Ius quæsitum per confessionem non potest tolli per contrariam probationem.*

CONSILIVM CXLIIII.

Scripseram Pridie super hoc dubio, credens hāc alternatiuam concessam episcopo, aliam interpretationem recipere in illo versiculo, etiam si præsentationes, nominationes &c. Sed audio, ꝙ stylus abbreuiatorum aliter se habet, uidelicet ꝙ propter illam clausulam reseruetur ius non solùm inferiorum, sed etiam capituli, de quo prius specificè locutum est, quasi alternatiua priuilegiet, non solùm quando episcopus habet dispositionem super beneficio, sed etiam si capitulum, vel alij haberent aliquod ius præsentandi, vnde stat difficultas, an collatio episcopi isto casu excludat a iure præsentandi ordinarium, non expectata præsentatione capituli, quod tamē nullam fecit præsentationē, & tēpus sex mensium iā labi permis. uirib. subsistat. Ad quod habemus illam decisio. in antiq. satis vulgatam, nu. 650. quæ in- 1 cipit, infra tempus patroni, † quæ post longam disputationem dicit, ꝙ si episcopus non iure deuoluto sed ordinario, & primordiali disposuit de ecclesia patronata inf. tempus psentandi, talis collatio valet, & sola ratificatio, quæ surgit tacitè ex la- 2 psu tēporis roborat ipsam collationem, † cū satis sit ꝯsensum patroni post institutionem superuenire: cū nō explicetur per uiā auctoritatis, sed simpliciter, iuxta no. in c. cura. c. suggestū. c. si uerò. & c. per vestras, & utrobique per Abb. & cæteros, de 3 iure pat. & no. in c. cū consuetudinis. de consue. ¶ † Nec obstat in ꝓposito, si diceretur, ꝙ ista ratificatio ex lapsu temporis nō potest in casu nostro operari: cū prouisio apostolica in beneficium aduersarij fuit explicata ante lapsum sex mensium, & sic retrotractio nō possit fieri ad præiudicium tertij: cum ex ista prouisione erat ius quæsitum, iuxta docto. Bar. in l. bonorū. ff. rem rat. hab. & l. qui balneū. §. fi. qui poti. in pig. hab. & in ca. si pro te. de rescrip. lib. 6. Nam ad hoc dupliciter respondetur, ꝙ ista ꝓcedunt, quando actus a principio gestus esset nullus, nā 4 † censetur valere prout extat tempore, quo ratificatur, secus quando actus a principio habuit subsistentiam, licet potuerit irritari non accedente consensu, ut dicit Abb. Sicu. in d. c. cu- 5 ra. & Io. And. in c. ratum. de regul. iuris. in 6. † Sed certū est, ꝙ collatio diocesani de beneficio patronatu maximè clericorū non est nulla a principio; ut est tex. in c. illud. in verbo irritāda & ibi nota. de iure patron. & Archid. 16. q. 7. ca. decernimus, 6 † nam ordinariè residet potestas in diocesano disponēdi de ecclesijs. c. omnes basilicæ. 16. q. 8. & sic ius pat. ut seruitus, eatenus diminuit de iure primæuo episcopi, quatenus qui habēs seruitutē hanc vult ipso iure uti, quasi patrono nō utente habenæ episcopi remanent liberę, ꝓ hoc allego unam decisio. in 7 antiq. 526. incip. † Quidam laicus, in qua apparet, consensum superuenientē in materia iuris patrona. etiam post actū intermedium, & in præiudicium tertij, videlicet filij secundùm illos terminos operari effectū validationis, quò ad pıudiciū n. 8 illius, & actus intermedij. † Secundò, & clarius respondetur, ꝙ capitulum a principio declarauit animū suum nolle psentare, faciendo actum incompatibilem cum psentatione fienda; nam admisit expectantem, & eum in possessionē induxit, ex quo tacitè videtur declarare, se nolle aliter psentare, & tacitè renunciare iuri præsentationis, ut no. in c. accedentibus, de priuileg. & in ca. ut qui ducis. de electio. lib. 6. & in indiuiduo p Abb. in d. c. per nostras, ex quo apparet, ratificationē patroni surgere a principio ante prouisionē apostolicam, ita ꝙ episcopus videns iam capitulum abdicasse a se per actum incompatibilem omne ius, potuit per se solum actū explicare, ut not. in 9 d. c. si verò, & c. cum te. ¶ † Pro cuius dubij resolutione siue cumulatione cotarū, deducā, quæ immediatè existimem ptinere ad decisionē ipsius. & primò psuppono, ꝙ indultū istud, siue alternatiua ꝯcessa episcopo præfato, dicitur dispositio gratiosa, & priuilegiatiua, ut no. in c. si cui nulla, vbi p Io. Andr. 10 post Arch. de pben. in 6. maximè cū conformet † non deuiet cū dispositione iuris communis, p quam dispositio beneficiorū regulariter spectat ad episcopū. 16. qō. 8. c. omnes basilicæ. no. in c. quanto. de his quę fiunt a præla. & p Io. An. in c. si cap. 11 de cōcel. præben. lib. 6. ex quibus apparet † ꝙ quoad interpretationem in præiudicium ꝯcedentis verba dictæ alternatiuę debent latissimè interpretari, licet secus quoad præiudiciū ter- 12 tij. c. quamuis, cum vulgaribus, de rescrip. in 6. † Quib. suppositis, credo tam ex vi verborū dictæ alternatiuę, quàm ex intētione concedentis, ꝙ dato, sine præiudicio ueritatis, tātùm institutio pertineret ad episcopū isto casu ex vi consuetudinis vt nititur deducere pars aduersa: tamen alternatiua exclusō ca. seu p decretū expectatiuæ impedito, episcopum instituentē complectantur. nam primò tam ex præfatione, quàm ex verbis dispensatiuis apparet, intentū Papæ fuisse eximere ab expectatiuis & reseruationibus in certis mensibus omne ius episcopi competens in collationibus, siue proprium siue commune cū. c. immo ex indulgentia facta episcopo propter participationem collat. cū ca. priuilegiat Pontifex etiam capitulum 13 in consequentiam, † quasi mens Papæ fuerit in dictis mēsibus qualecunque sit ius episcopi, ipsum conseruare, quæ intētio in huiusmodi interpretatione restringit, & dilatat habenas, iuxtā no. p Ant. de But. & Mod. in c. cū dilecta. de rescrip. & c. su- 14 per eo. de off. deleg. ex quo possumus dicere † ꝙ licet aliàs in materia restringibili & ambitiosa, iuxta c. cū i illis. de præbendis,

dis, lib.6.& clem.1.eo.ti.clausula vniuersalis & generalis, seu quamuis aliam dispositionem, non importet diuersam speciẽ in potestate conferendi a specificatis: tamen in materia indifferenti seu priuilegiatiua, prout est ista, hoc verbum dispositio, ex lata eius significatione denotat omnem modum seu actum, quo prouideri pōt de beneficio, vt est gl.& ibi doc.in cle.si.de elec.& in cle.quia regulares. in uersic.dispositis, de supplenda negligentia prælatorum, & latè Gemin.in d.c. cum in illis, qui allegat tex.& ibi gl.in c.post electionem. de concessione prębẽdæ, vbi habet importare institutionẽ, & sic in proposito dicere debemus, ꝙ licet specificetur collatio, præsentatio, electio, siue quælibet alia dispositio, importabitur actus institutionis, ꝙ ẽt demonstrat alia clausula dictæ alternatiuæ, dum dr̃, ẽt si p̄ntation.noīation. &c. vbi Papa saluat & reseruat præsentationes aliorum in alijs casibus, ita ꝙ in dictis mensibus dispositioni
15 ẽpi non habeant obesse; cum illa clausula.per illam † implicatiuam ẽt, ampliet dispōnem in fauorem ẽpi, s̃m Lapum in c.licet.de priuileg.& c.quorundam.§. volentes, de electionib.& Gemin.in c.1.ne sede vacante, lib.6. Vnde ponendo vnum ex correlatiuis, videlicet, pręsentationem aliorum in dictis mensibus ẽpo non nocere, tacitè ergo præsupponit institution.ad ẽpm pertinentem includi sub alternatiua. Quibus ita stantib. Io.And.Gemi.& reliqui in c.cum in illis. in fortioribus termi
16 nis videntur decidere q̄onem, dum volunt, † ꝙ impetratio ad institutionem ẽpi sortiatur effectũ, ne dispositio reddatur delusoria, & si de præsentatione spectante ad alium nihil sit di-
17 ctum, quasi tacitè sit derogatũ præsentationi alterius. ¶ † Nec obstat, ꝙ institutio & præsentatio sint diuersa, & sic literæ loquentes in vno casu non extendantur ad alium, ut in d. c.cum in illis, quia, ut dicit ibi Archi.& reliqui, illa procedunt, quando referuntur ad eandem personam, non q̄n ad diuersa, ut in proposito nostro: cum aliàs dicta clausula, ad institutionẽ episcopi, superflua esset, ergo cum in casu nostro capitulũ, ad qđ spectat præsentatio: cum nulla sit participatio in actu præsen-
18 tationis cum episcopo, † & ipsi actus p̄sentationis & institutionis sunt successiui, meritò non cōprehenditur in alternatiua, in qua tantũ vocatur, q̄n participat cum dispositione episcopi.
19 ¶ † Nec ob.clausula cōiter uel diuisim: quia illa dẽt referri nō ad diuisionem cum ẽpo, sed vel inter ipsos singulares de cap. vel inter ecclesiam illam, & aliam: vt latius prosequitur Gemi
20 nianus post alios in c.1.ne sede vacante, lib.6. † ex quibus satis euidenter apparet tam ex mente, quàm ex uerbis, ẽpm instituẽtem debere vti alternatiua, & in ipsa includi. sed fortius dato, ꝙ alternatiua actum institutionis explicitè non specificatũ nō importet; attamen adhuc ius ẽpi præsupposita dicta consuetudine, ꝙ in ista uacatione haberet instituere, diceretur saluum, ꝙ probo: nam certum est, vt dixi superius, capitulum, ad quod spectat præsentatio, hr̃e manus ligatas uigore decreti expectatiuæ, & sic tanquam impedit totalis dispositio deuoluitur ad ẽpm hoc casu: ut in d.c.1.ne sede vacante, ergo vr̃, ꝙ cum institutio per deuolutionẽ resoluatur in vim plenariæ dispositionis & collation.ut est no.Io.An.in c.ne pro defectu, & c. cām quæ, vtrobique Ant.& Abb.Sicu.de electionib. ergo literæ nō solùm priuilegiatiuæ, prout est nostra materia, sed ẽt etiam restringibiles & ambitiosæ, quæ loquuntur ad collationem epi, habebunt effectum isto casu, quo institutio episcopi per deuolutionem est reuoluta in collationem. Ista est deci Zẽzel. quā ibi approbat Lauren.in cle.si de beneficio.de pręben. Quicqd
21 dixerit ibi glo. ¶ † Nec ob. ꝙ iste actus collatiuus non sit, attenta primordiali sui natura, ac etiam ꝙ deductus sit in esse post datam literarum, quasi non sit in consideratione, ut cōprehendatur per capitulum eam te, & capitulum si eo tempore, de re
22 scrip.in 6.& in clem.literas, de rescriptis. † Quia respondetur, ꝙ cum in materia nostrâ ad verificationem literarum loquentium ad collationem episcopi magis actus, quàm habitus attẽdatur, ut in d.clem.si de beneficio.cum materia, ẽt ꝙ actus collationis deducatur in esse post datam literarum; attamen venit in literis: quia cap.negligente post datam, ad quod spectabat præsentatio facta ut noua collatio, quæ surgit in ẽpo ex deuolutione verificet literas restringibiles & ambitiosas loquentes ad
23 collationem. † Quanto ergo fortius in materia nostra fauorabili, ad quod adduco, ꝙ ista ꝯsuetudo: vt de tertia vacantia disponat, capitulum debet intelligi, nisi ex facto superioris capitulũ impediatur, iuxta capitulum quia diuersitatem, de concessione præbendæ, pro quo faciunt duæ deci.Rot.in antiquissima. 185. Quæ incipit, vbi s̃m statuta. alia 416. quæ incipit, supponitur quędam compositio, in quibus ponitur casus, quòd, prout in proposito nostro, vacationes primæ spectabant ad dispo-
24 sitionem episcopi, alia tertia ad quendam inferiorẽ, † & tamen impedito episcopo virtute expectatiuæ, in turno suo in duab. vacationibus disponet de tertia vacatione, in tantum, quòd licet primordiali natura spectet ad collationem inferioris ex cōsuetudine, tamen literæ ad colla. episcopi verificabuntur isto casu, qui est in actu, & nō primordialem naturam beneficij in ista vacatione. Quanto ergo fortius dicendum est in proposito nostro in materia larga, quòd cum præsentatio capituli decreto expectatiuæ impediente non habeat locum, magis debet verificari dispositio ad collat.episcopi hoc casu propter huiusmodi consolidationem, quàm quòd dicatur beneficiũ ad præsentationem capituli; cum ea, quæ inficit capitulum, episcopo
25 non præiudicet ex vi alternatiuæ. † Comprobatur: quia debemus interpretari quamlibet dispositionẽ, vt non lædat ius tertij, iuxta vulgaria, vnde intelligẽdo, ꝙ vacantia, quæ spectat ad capitulum tertia vice, debeat intelligi de ea tertia vacantia, de qua effectualiter capitulum potest disponere, sic vt conseruet indẽne, ut non uideatur vacantia in turno suo consumi, & deficere eo casu, quo subsistit impedimentum, nec disponere potest, vt latissimè prosequitur illa vlt.dec.416. Demonstrando, ꝙ ex acciden.etiam pro cōseruatione iuris ipsius capituli consideratis ut in turno episcopi, quasi non computetur in numero tertia vacantia, subsistente impedimento: cum paria sint, nō esse, vel non posse disponere.l.nec emere.de contrahen. empt. cum vulgaribus. ex quibus vel eo, ꝙ non computetur ista vacātia in turno, & sic capitulum habeat de alia sequenti disponere, in qua expectatiua non impediat, vel ex primis capitibus; quia intentum Papæ, & pinguendo verborum alternatiuæ demonstrat, ius episcopi siue cōe, siue proprium in collation.beneficiorum fuisse præseruatum & comprehensum in alternatiua. Credo vel ex vno, vel ex alio capite hanc materiam non fore releuantem præfatum. D. cum ad episcopum in vtroque
26 casu spectet talis dispositio, vt prædixi. ¶ † Audio secundò, ꝙ ex registro constat, dictum. D. in articulis suis repetendo deducta & in alijs suis productionibus, deduxisse pertinentiam collationis ad ẽpm, ex qua productione vr̃ fateri, collationẽ ad episcopum spectare in tm̃, quòd est quæsitum ius. P. per istam tacitam cōfessionem, nec pōt sine facto ipsius. P. tolli per ꝯtriam probationem, argumento no.per legistas in l.cum plures. §.locator horrei.ff.loca.per Canonistas in c.solicitudinẽ.đ app.& latiss. per Inn.& doct.in c.cum venerabilis.de excep.consuluit in si.Pet.de Anch. in consi. 224. Ad euidentiam præmitto, & sic ẽt ex isto capite.2.essemus in tuto, ꝙ per huiusmodi subterfugia.nūc in tertia instantia iste. D. dādo istas nouas materias, quas a principio bene potuit p̄uidisse, non debet rem claram sub velamine isto litigium diutius protelare. P. Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Habens possessionem ciuilem ingrediens naturalem uacantem, uel in ea existentem aliquem, non dicitur de nouo illam acquirere, sed continuare,*
Naturalis possessio accessoria est ad ciuilem.
Ita ingrediens non dicitur aliquem spoliare.
2 *Habens ciuilem potest propria auctoritate repellere habentem naturalem, & nu.10.*
Et agere potest interdicto, uti possidetis.
3 *Clam possidere quando quis dicatur, & nu.6.11.*
4 *Habẽs ciuilẽ q̄n, & quo casu possit agere de spolio. & unde ui.*
5 *Antiqua possessio iustior dicitur.*
6 *Possidere naturaliter quis dicatur, & quis ciuiliter.*
7 *Possidens fauore seculari, si deijcitur, non est restituendus.*
8 *Possessio non probatur per instrumenta. & nu.9.*
10 *Testes recepti parte non citata, & cā nō deuoluta nō probant.*
12 *Transumptum, an, & quando, & quo casu probet.*
13 *Reseruatio ut effectum habeat, quæ continere debet.*
14 *Clausulæ importantes derogationem.*
15 *Gratiæ quando, & ex quibus dicatur consumpta, & num.16. 17.18.& 20.*

17 Et

17 Et an per adeptionem beneficij inualidam consumatur.
18 Et quid si consequitur aliud incompatibile cum gratia.
19 Consumptio propriè fit per aßecutionem.
21 Declaratio mentis, qualiter vult uti gratia, facienda est, & coram notario, & nu. 22. 23.
22 Et quid si alibi est facta.
23 Si quis non expressit, vt debuit, sed incontinenti post fecit, excusatur, si ius aduersarij non est factum deterius.
24 Incontinenti fieri quando quid dicatur.
25 Clausula, dummodò alia gratia tibi conceßa non sit, debet intelligi de simili non de alijs non similibus, & nu. 29.
Dictio, alius, similitudinem implicat.
26 Gratia in forma pauperum sub qua forma cōcedatur, & ī quo differat ab illa gratia iustitiæ. & nu. 27.
27 Gratia in forma iustitiæ & communi qualiter fiat, & in quo differat ab alijs.
28 De gratia, cui renunciatum est, mentio non est facienda.
29 Clausula, dummodo alia gratia non sit conceßa, debet intelligi de alia, quæ habuit effectum.

CONSILIVM CXLV.

Cum in facto exponatur, uenerabilem virum fratrē P. præceptorem dictę pręceptoriæ per biennium, antequam frater. A. illius possessionem accepisset, per suum procuratorem apprehendisse, & per multos menses cōtinuasse cum titulo ordinarij magistri. d. religionis corpore & animo: cum tunc ad tutelam rerum fidei christianæ & dictæ religionis apud Rhodum existens eo ibidem existente & ignorante, præfatus frater. A. fauore ducis ac per eius literas possessionem & fructus dictæ præceptoriæ accepisse, asseratur. Nihilominus frater. P. postmodum rediens & reperiens naturalem possessionem vacantem, vel dictum fratrem. A. illi non insistētem, sed ab illa absentem, eandem possessionem ingressus animo continuandi non dicitur spoliasse, neq; de nouo possessionem illius acquisiuisse: quia habens possessionem ciuilem ingrediendo naturalem possessionem vacantem vel nemine existente non dicitur de nouo acquirere, sed potius continuare
1 suam possessionem ciuilem; †quoniam naturalis siue corpora- possessio est accessoria ad ciuilem, text. est not. de hoc in c. cum venissent. ibi, vitiosè tamen non sunt possessionem ingressi, & ibi ponderat & declarat Panor. in no. vltimo. de rest. spol. & facit. l. si id quod. ff. de acqu. poss. cum ergo frater. P. post adeptā possessionem recesserit ex causa prędicta, & sic saltem ciuiliter semper possederit, per l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. possess. redeūdo sine ui & violentia naturalem possessionem ingressus non dicitur spoliasse, neque nouam possessionem adeptus, sed potius acquisitum prius ius continuasse & ↄ-
2 tinuare. d. c. cum venissent, & d. §. qui ad nundinas. † Hinc dicit gl. no. magis communiter approbata in l. 1. §. interdictum. ff. uti possíde. ꝙ habēs ciuilem possessionem potest propria auctoritate expellere clandestinum possessorem habentem naturalem, & propter ciuilem illam possessionem potest etiam agere interdicto, uti possidetis. cum igitur frater. A. absente fratre. P. asseratur possessionem naturalem dictę præceptoriæ ingressus vel adeptus, ac fauore laicali præfati ducis & consequēter clam & uitiosè possessionem habuisse, per d. l. clam possidere. ī prin. meritò etiam si in possessione præceptoriæ tunc fuisset potuit propria auctoritate per fratrem. P. expelli virtute suæ ciuilis possessionis, ꝑ d. glo. in d. §. interdictum, & ita tenent magis cōmuniter doc. in l. quemadmod. ff. de acq. pos. poterat. n. frater. A. attento fauore seculari, quo fuerat possessionem īgressus vel adeptus iusta suspicione suspicari per iudicem ecclesia-
3 sticū posse repelli, ideo dicitur clā possedisse & uitiosè, †& consequenter propria auctoritate a fratre. P. expelli, per l. si nolit. ff. de acq. poss. & d. §. qui ad nundinas, & d. c. cum venissent. a ↄtrario sensu ibi, si non uitiosè &c. immo, dum frater. P. vigore suæ ciuilis ingrediens vel volens ingredi non fuisset admissus, vel frater. A. pati noluisset, diceretur eū ui spoliasse, & sua possessione priuasse, & potuisse tunc agere de spolio, per l. uim facit. ff. qđ ui aut clam, iuncta l. 3. §. cū igitur. ff. de ui & ui arma.
4 †& tunc agere potuisset vnde ui, ad possessionem ciuilem recuperandā, secundùm glo. communiter approbatam in d. §. qui
5 ad nundinas, † & est etiā ratio: quia antiquior dicitur esse iustior. c. licet causam, extra de probatio. & l. si duo. in prin. ff. uti
6 possi. †Quòd autē frater. A. ingrediens possessionē absentis. d. fratris. P. dicatur clam possedisse ꝓbat tex. apertus in d. l. clam possidere, in prin. & in d. §. fi. vnde frater. A. dicitur possidere, videlicet corporalē seu naturalem, & frater. P. absens similiter possedisse, scilicet ciuilē: ut ꝓbat text. in d. §. ad nundinas. ex ꝓmissis infertur, dictū fratrem. P. nō esse spoliatorē, sed potius spoliatū temere & iniustè a fratre. A. & ꝓpria auctoritate potuisse suam naturalem recuperare, & fratrem. A. & suo nomine possidentes expellere ꝑ iura ꝑdicta, & ↄsequēter dictū fra-
7 trem. A. nullatenus esse restituendum, †tum quia fauore seculari adeptus est possessionem illius, per ca. quisquis. de elec.
8 †tum etiam quia non plenè docet de possessione: quoniā per instrumenta non ꝓbatur possessio. c. inter dilectos, de fid. in-
9 stru. & l. ꝑdia. ff. de acqui. pos. †tum quia in instrumentis non ponitur affirmatiuè possessionis adeptio, & fructuū ꝑceptio sed potius enunciatiuè, ergo nō ꝓbatur inter alios. l. magnā.
10 C. de ↄtrahen. stipu. †tum quia tres testes examinati fuerunt parte nō citata & cā adhuc deuoluta ad curiā fuerūt recepti, ideo nō faciūt fidē. l. si quādo. C. de testi. & quia non ꝓbat de spolio: quoniā frater. P. potius dicitur suā possessionē ↄtinuasse, quàm spoliasse, ꝑ d. c. cū venissent. & ꝑsertim quia potuisset & potuit fratrem. A. & suo nomine possidentes ꝓpria auctoritate expellere, ex quo re vera frater. A. fuit clandestinus possessor absentis fratris. P. possessionem ingrediendo, ꝑ d. l. clam possidere. in princ. ideo potuit impune ꝓpria auctoritate, etiā si possessioni insisteret, expelli, ꝑ glo. in d. l. 1. §. interdictum, &
11 no. doc. in d. l. quemadmodū, & d. §. qui ad nundinas, †& ꝓbatur etiā hæc ↄclusio in cap. olim. 2. de restit. spolia. vbi deciditur, ꝙ ingrediens possessionem ad aliū ꝑtinen. ignorāte eo ad quem spectat non modò animo acquirit possession. ciuilē sed dicitur clandestinus possessor, & ei vim intulisse, ideo potest a vero possessore priore expelli, ut ibi ꝓbatur secūdùm docto.
12 †Præterea reseruatio & commenda suspendunt effectum ad tempus ꝓfessionis, de qua quidem sufficienter nō ↄstat: quia dictū transumptū parte nō citata & coram incompetenti iudice fuit transumptatum, ideo nō ꝓbat. c. fi. de fid. instru. & l. fi. ff. eod. ti. ideo frater. A. remanet merus laicus, ꝓut fuit tempore datæ reseruationis & tempore vacationis, & ↄsequenter inhabilis ad dictā ꝓceptoriā. c. cum autem. de rescrip. Nec ēt creditur sufficienter derogatum dictæ antianitati concessę fratri. P. actu seruiēti, & tuenti castra fidei christianæ, & stabilimētis ac priuilegijs dictæ religionis, ꝑ reseruationem prædictam autem saltē ex defectu intentionis est surreptitia, ex quo actu incumbit & incumbebat & incūbuit antedictæ expeditioni & & custodiæ. S. Petri, arg. l. miles. de testa. mili. & l. sub prætextu.
13 cū ibi no. C. de sac. san. eccl. †Præterea reseruatio fratris. A. est penitus discolorata ita, ut nullatenus competere posset virtute duarū regularū cancellarię derogantium & penitus extinguētium reseruationem prædictam, præsertim illa, quæ fuit edita die 8. Augusti, quæ amplissima est ad futuras & præteritas reseruationes, secunda discolorata in spē per statutum Papæ ad perpetuam rei memoriam volētis, ꝙ dictæ præceptoriæ non includantur sub quibusuis generalibus vel specialib. reseruationibus apostolicis factis, & quas fieri contingeret etiā apud sedem vacan. decernēs nullum ius ante coloratum titulum tribuisse posse alicui, & sic tam petitoriū, quàm possessoriū infecit, ergo comprehendit reseruationem fratris. A. etiā si dicatur fuisse reseruatam in petitorio Papę, vel in genere emanasse; quia Papa talibus reseruationib. generalib. vel specialib. sub quibusuis formis non vult eam includi per dictum statutum, sed tantùm Magistrū generalem posse de his occurentē vacatione disponere, siue reseruatio sit motu ꝓprio, siue ex certa scientia, vel aliàs quocūque modo, præsertim quia dicta reseruatio semper fuit specialis, & a princ. in fauorē dicti A. ordinata, & concessa, ex eo ꝙ simul in eadem bulla est reseruatio & commenda, & ideo nō possunt diuerso iure vel tempore censeri fuisse factas: quia actus est simul tētus, pariter & ꝑ clausulas generales adiectas in reseruatione & cōmēda. A. nō est sufficiēter derogatū dicto singulari statuto Papæ, emanato in fauorem religionis & fidei & in compensam laborū, ꝑ glo. Gui. de monte Laud. in extrauagan. sedes Apostolica. & reliqua, maximè cū in eo disponatur, ꝙ nisi de verbo ad verbū tollatur & exprimatur, non intelligatur per generales clausulas id importantes derogatū, ac nisi interuenerit cōsensus Magistri

dictæ

dictæ religionis, per l. si quis in prin. de leg. 3. & psertim quia statutum Papæ est in utilitatem reipublicæ, & christianæ reli-
14 gionis,† & reseruatio. A. vtilitatem priuatam respicit. itē sta-
15 tutū fauorabile, reseruatio odiosa.¶† Ad regulam cancellariæ dico, q nec secūda pars pdicta obstat d.P.qm prima gratia in forma paupeRū, iam tpe impetrationis & expeditionis secundæ gratiæ specialis erat extincta renuncia. prædicta, & pōt dici ɔsumpta tunc fm doct. in c. cum in multis, de rescrip. in 6. ubi procedunt a pari, succubuisse per sniam, per laudum aut compositionem addo, & renunciation. l. postquam liti. C. de pac. c. ueniens. de renunc. & c. ex ore. de his q fi. a præla. unde
16 Lud. ɔs. 229.† dixit, q gratia dr̄ consumpta, siue hn̄s gratiam nactus sit beneficium validè, siue inualidè, scienter, siue igno-
17 ranter,† & nihilominus perseuerauerit prosequi, siue renunciauerit iuri, seu composuerit, aut neglexerit psequi. Benefa-
18 facit, quod dixit Oldr. ɔs. 228. Et quod hr̄ in cle. gratiæ. de rescrip. vbi si quis assequitur beneficiū, quod de iure nō pōt teneri cum beneficio sub eius gratia expectatiua comprehenso, censetur renunciare dictæ eius gratiæ expectatiuæ, & dicta eius gratia expectatiua erit ɔsumpta. si igitur per tacitam illā renunciationem gratiæ censeatur gratia ɔsumpta, multo magis per expressam illius renunciationem, put fuit in casu nr̄o.
19 † Hoc idem probatur per Egi. Belle. consi. 62. & seq. & licet p ptcrea dicat ɔsumpta p assecutionem. l. apud Aufidium. cū si. de optio. leg. fm Egid. prædictum ɔs. 10. Tn̄ largè oīs modus, per quem gratia fit, extincta dr̄ illius ɔsumptio: vt colligit ex dictis prefatorum doctorum in dictis locis, vnde non obstat
20 dicta secunda pars regulæ,† Nō ob. ēt alia pars, dū dr̄, q expeditis literis super vtraq; gratia, est opus declarare suam mētē, vtra uoluerit uti ex illis in cācellaria, & corā notario ipsius cācellariæ, aliàs careret effectu vtriusq; gratiæ. Nam loquit eo casu, quo nulla illarū erat ɔsumpta, sed utraq; erat in suo primo vigore, quo casu oportet, alteram eligere in cancellaria, ut s̄. in expeditione posteriorum literarum, sed in casu nostro prima erat iam ɔsumpta seu extincta per d. renunciationem factā ante impetrationem, & expeditionem secundæ gratiæ, ergo non
21 ob.† Bene fatendum, q qn̄ d. renunciatio nō præcessisset impetrationem secundæ gratiæ prædictæ, & tpe impetrationis illius secundæ gratiæ, prima gratia staret, & voluisset declarare mentem suam, utrum uellet uti in expeditione posteriorum literarum, debuisset illam declarare in cancellaria, & corā notario cancellariæ, nec fortasse releuaret, si alibi aut aliter declararet nō satisfacto formæ datæ auctoritate regulæ, ut pulchrè colligit ex dictis Iaco. But. Bal. & Sal. in l. fi. C. de bo. auc. iud. pos. dū loquuntur de cimiliarcha. i. sacristia, & sacrista &c. At
22 casus nr̄ est longè diuersus, vt prædixi.† Dicet fortasse aduersarius, illa renunciatio facta corā testib. non in cancellaria, nec corā notario cancellariæ, fuit clandestina, potuit occultari in fraudē Papæ, & suæ regulæ, & ideo non debet releuare dictū Nicol. Ad hoc rn̄det, q immo nulla fuit fraus sed simplicitas,
23 † quæ clarissimè patet ex ɔiunctio. alterius renunciati. p eundem P. factæ in cancellaria, & coram notario ipsius cancellariæ longè ante vacationem beneficij, de quo agit, licet post expeditionem posteriorum literarum ī. mensem, ex quib. argui tur, q nulla fuit fraus; & cum sumus extra casus regulæ, satis est, & maximè qa nulli alteri erat ius quæsitū in d. beneficio, quod nondum uacauerat. Ad hoc notanda doctr. Io. An. in nouel. post Host. in d. c. cum in multis, super verbo in primo citatorio, vbi dicit, si non expressit, cum debuit, sed incontinenti post, excusat, si ius aduersarij non est factū deterius, ad hoc bona. l. apud Aufi. de opt. leg. satis autem dr̄ incontinenti, si ī. mensem, fm materiam subiectam, fm Bal. in l. lecta. ff. si cert.
24 pet. sed illud magis me mouet, q † cum ante literas secūdas fuerit facta renunciatio primæ, licet extra cancellariam, & per 10. menses uel circa ante vacationem beneficij sit facta secunda renunciatio in cancellaria, & coram notario ipsius cācellariæ tollitur omnis fraudis psumptio, sumus extra casum regu
25 læ.¶†Restat rn̄dere illis uerbis contentis in secunda gratia in forma speciali, ibi. dummodo alia gratia expectatiua tibi a nobis ɔcessa non fuerit. Dico. n. q debent intelligi, dummodo alia gratia. s. similis qualitatis ī forma similis gratiæ specialis,
26 tibi a nobis ɔcessa non fuerit.† Ita. n. implicat illa dictio, alia l. fi. §. cui dulcia. ff. de ui. tri. & ole. leg. & no. p gl. & doct. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. ɔstat aūt, q illa prima gratia, in forma pauperum, in multis differt a gratia speciali, & ideo gratia, in
27 forma pauperū, appellat gr̄a in cōi forma.† Gratia, cum fm apostolicum, est gratia iustitiæ. At alia vocatur gratia specialis fm doct. in c. postulasti. de rescrip. & in c. cum fm. de pben. & alijs locis vulg. Item dicta prima gratia expectatiua nullū penitus habuit effectum an̄ renunciationem illius, perinde igit est, ac si nunquā fuisset obtenta: cū per illā nullum cuipiā fue
28 rit grauamē seu præiudicium illatū.† Secūdò dico, q iā illi renūciasset, hr̄ p nō ɔcessā, nec de illa debet fieri mentio. Qn̄ renūciatio valuit, put in casu nr̄o &c. sine superiorum approbatio. fm docto. in c. quod in dubijs, de renuncia. & Rot. de renun. ɔclusi. 12. de conces. præb. in antiq. & de rescrip. 32. &
29 Lap. alleg. 89.† Illa. n. verba, dummodo alia gratia expectatiua tibi a nobis concessa non fuerit, debent intelligi cum effectu, s. quæ sit in suo uigore, uel quæ habeat effectum, non qn̄ fuisset consumpta, uel aliàs extincta: ut colligitur de mente Papæ ex regula antedicta. P. Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Commißio surreptitia dicitur, in qua nulla facta est mentio de possessione aduersarij.*
Omnia gesta uirtute commißionis surreptitia sunt nulla.
2 *Presbyter capellanus, qui debet interuenire testamento, non habet potestatem faciendi instrumentum testamenti, si aliter non est notarius.*
3 *Consuetudo, quòd credatur scripturis presbyteri, an valeat, & quandò.*
4 *Instrumentum continens plusquam originale, falsum præsumitur.*
5 *Scripturæ variæ & diuersæ inuicem fidem non faciunt.*
6 *Testamentum imperfectum nullum producit effectum, & qualiter dicatur imperfectum.*
7 *Et quid si testator volebat aliud addere.*
8 *Et quid inter liberos.*
9 *Et quid quò ad ea, de quibus iam disposuerat.*
10 *Testamentum perfectum, & absolutum quando dicatur.*
11 *Probatio potentior vincit aliam minus potentem.*
12 *Testibus instrumentarijs magis videtur credendum.*
13 *Possunt tamen reprobari.*
14 *Testes deponentes de testamento vt probent, qualiter habent deponere, & nu. 15.*
16 *Substitutio quando debet iudicari directa vel fideicōmissaria.*
17 *Verbum, remaneat, commune est.*
18 *Fœminæ exclusæ a statuto, an habeantur vt exhæredatæ, & non ut suæ.*
19 *Quando duo sic se habent, quod vnum iuducitur ad instar alterius, quod dicitur de vno, etiam iudicatur de eo, ad cuius instar deducitur.*
20 *Dispositio §. ex imperfecto, an locum habeat in filiabus exclusis per statutum a succeßione.*
21 *Testamentum, an in omnibus rumpatur posthumi agnatione, & nu. 22.*
23 *Natus imperfectus in quinto, sexto, uel septimo mense, licet statim moriatur, an rumpat testamentū, & nu. 24. 25.*
26 *Mater et frater succedūt filio & fratri ab intestato mortuo.*
27 *Etiam in hæreditate filio & fratri infanti delata.*
28 *Mater succedit filio etiam in hæreditate illi delata nondum adita.*
29 *Per pupillarem succeditur pupillo, cui est facta, & quò ad eius bona.*

CONSILIVM CXLVI.

Circa articulum attentatorum cum liquidò constare credamus, dn̄am F. ante hmōi litem motā fuisse in hæreditate, de qua agitur, & eiusdem debitorum exactione
1 possessione † & quasi, nulli dubium, cōmissionē dependē. ex aduerso extortā, in qua de ipsius dn̄æ E. possessione, & quasi nulla fit mentio, surreptitiam fuisse, & iō inhibitoriā, & qcqd illius vigore fuit actum, est reuocandū. c. cæterū. c. super lr̄is.
2 cum ibi not. iuncto c. 1. & 2. vt lite penden.† Ad fm articulū, an p scripturā Cechi presbyteri, psupposito ēt q fuisset sanus presbyter, probetur testamentum. Dico breuiter, q licet ca. cū esses.

esses, foueat testamentũ parrochiani corã presbytero suo; non tamen tribuit facultatẽ presbytero desuꝑ ↄficiendi instrumẽtum, vbi aliàs non esset notarius. ideo de ea iudicandũ ut de qualibet scriptura priuata, iuxta no.ꝑ Inn. & alios in c.1. & 2. in c.cũ.P. tabellio, de fide instr. nec creditur ꝓbata ↄsuetudo
3 †ꝙ instrumentis seu scripturis ipsius Cechi credatˀ, iuxta no. in c.cũ dilectus, de fide instr.ꝑ Io. Andreã in c. seculares. de foro competenti, libro sexto, cum requiratur in huiusmodi ↄsuetudine scientia & patientia principis, qui potuerit ipsum notariũ creare: ut not. ꝑ dominũ Antoniũ in c.1. de fide instrumentorũ, vbi dicit, quasi possessionẽ notariatus, vbi aliàs quis verè nõ est notarius, nõ acquiri, nisi sciẽte & patiente superiore, qui potuisset notariũ ↄstituere; ut ꝑ no. in c.cũ ecclesia sutrina, & in c.bonæ, el grande, ꝑ Innocentiũ de postula. præla. &
4 in alijs locis vulgaribus. † Præterea cũ illud ꝑtensum instrumentũ ꝓductũ plus ↄtineat, quàm originalis scriptura, cense-
5 tur falsum: ut ꝑ Egidiũ decisio.165.†Si notarius, not. Inno. in c. fraternitatis, de hæreti. est quoque ↄsiderandũ, ꝙ in ꝑsenti iudicio, de quo agimus, fuerunt ꝓducta tria instrumenta, seu potius tres scripturæ priuatæ variæ: ut ex illarũ patet ĩspectione, quorũ neutri ipsorũ standũ est. l. scripturæ. C. de fide instrumentorũ. c. imputari. de fide instrumẽtorũ, cũ vtrobique
6 no.¶†Ad tertiũ articulũ, vtrum testamentũ, de quo agitur, saltem ꝓbetur ꝑ testes examinatos. Dico etiam breuiter, ut percipere potui ex depositionibus testiũ examinatorũ corã Reuerendo. D. A. C. nullo modo ꝓbari testamentum saltem ꝑfectũ quoad voluntatem; concordant enim plures testes, inter quos est illemet presbyter, qui scripsit, dum essent in confectione testamenti, superuenisse sincopã, & ex post testatorẽ dixisse ꝑsbytero, reuertatis, cras faciam: quia uolo facere testamentum, voglio contentare ogniuno, & similia, ex quibus verbis apparet testatorẽ nõ habuisse testamẽtum ꝓ perfecto, quod si fuisset perfectũ, nihil addi potuisset. l. perfecta. C. de donationib. quæ sub mo. l. perfectam. quando li. ab emp. disce. cũ similib.
7 †cum igitur testamentum imperfectum appareat imperfectæ
8 †voluntatis, quamuis inter liberos, non subsistit, glo. communiter approbata in l. si is qui. ff. de testamen. not.ꝑ Bal. & scribentes in l. hac ↄsultissima. §. ex imperfecto, & dicit no. Pau. de Ca. in d. l. si is qui, ꝙ etiã si testator fecisset institutiones, si tamen testator non habuit testamentũ pro perfecto, non valet, etiam quoad substintutos & institutos, per tex. ibi. & ꝑ. l. ex ea,
9 eodem tit.†& ibi sequitur dominus Franciscus de Are. versus finẽ, versi. 2. casu principali, dicens hanc esse communem opinionem, & quando, & quomodo dicatur testamentum perfe-
10 ctum, †& absolutum, declarat Bal. & ipse dom. Fran. Aret. in d. l. si is qui. facit etiã, quod Oldra. consi. 119. Titius ↄdidit testamentum. & Io. An. in addi. in ti. de instrum. edi. §. compen-
11 diose. addit. incipiente, si primũ testamentũ, & ad†præmissa facit etiã text. in l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt, & hæc probatio, ꝙ scilicet testator nõ habuit testamentum ꝓ perfecto, quæ colligitur ex verbis ipsius testatoris, tanquã potentior confundit probationem partis aduersæ tanquam ꝓbationem minus potentem: ut notatur ꝑ Bal. in l. admonendi, &
12 ꝑ Bal. in sua disput. accusatus de ui turbatiua.†Nec possumus dicere, testes partis aduersę esse instrumẽtarios, quib. forte magis crederetur iuxta materiam. c. cũ Ioannes. de fide instrumẽtorum. Quia, ut s̃. dixi in secundo articulo, hoc non est instru-
13 mentum sed scriptuta penitus priuata.†Præterea testamẽtum potest reprobari per alios testes, etiã non instrumentarios, ut habetur in l. 2. §. si quis neget. ff. quemadmodum testa. ape. in l. in exercendis. C. de fide instrumentorum. & ĩ d. c. cũ Ioãnes.
14 † Aduertendum etiam: quia cum agatur de ꝓbando testamẽtum ꝑ testes, nisi testes deponant de toto tenore testamẽti singulariter, nihil probant, & si aliqui deponunt plus, aliqui minus, nõ ꝓbabunt etiam in eo, in quo sunt ↄcordes: quia nõ videntur interfuisse toti testamẽto, ex quo totũ nesciunt, ita pulchrè Bal. Paulus, & alij post Alex. in l. cũ antiquitas. C. de testamẽtis. Bal. in l. si nõ speciali, eod. ti. & d. Ant. de But. ĩ c. nihil.
15 de verb. sign. dicens†ꝙ ubi agitur de probando tenorem testamenti ꝑ testes, nisi concordent testes in cortice verborum, nõ probatur testamentum; cum igitur testes, qui stare vidẽtur ꝓ testamẽto aliqui minus, aliqui plus præsertim circa clausulã codicillarẽ, & circa illud. Prete torna dimane, & circa legatũ & onus missarũ sub mẽdicãtib. variè deponãt, meritò nõ resul
16 tat sufficiens probatio per. s̃. dicta.¶†Bd quartum, vtrũ dato sine præiudicio veritatis, testamentũ subsistere, substitutio, de qua in casu nostro, debeat censeri directa vel fideicommissaria. Breuiter: quia articulus est tritus & latè examinatus ꝑ oẽs in l. Centurio, in l. ꝑcibus, in c. Raynutius, & in c. si pater. dico
17 tenẽdo opinionẽ Barto.†ꝙ cũ verbũ remaneat, sit verbũ commune, ut nota. in d. l. Centurio. ꝑ Barto. & alios fauore matris censetur fideicommissaria, & opin. Bar. communẽ dicunt Io. de Ana. in consi. suo. 70. Fran. de Aret. consi. 151. Et hanc esse communem opin. ꝑ quam doctores consulunt, attestatur Bal. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & dicit Aret. in d. cõsi. nõ esse tutum recedere ab hac opinione in iudicãdo & ↄsulẽdo, licet disputando multa possent dici, ut aliàs plenè consului.
18 †Nec obstat, ꝙ filiæ sint substitutę: quia cum etiã essent exclusę a statuto stante masculo & ↄsequenter tanquã exheredatę a statuto & exclusæ nõ dicuntur suæ, ut dicit Bart. in l. 1. §. sciẽdũ. ff. de suis & legit. Bald. in l. maximũ vitiũ, circa finẽ. C. de liberis præter. qui addit, ꝙ isto casu filiæ sunt reductæ ad instar extraneorũ, vnde quod statuitur in extraneis, cẽsetur statutũ in talib. filiabus exclusis a statuto, de quo tamen diffusius
19 aliàs diximus.†Nam regula est, ꝙ quãdo duo sic se habent, ꝙ vnum iudicatur ad instar alterius, ꝙ iudicatur de vno, iudicatur de eo, ad cuius instar iudicatur, argumento glosæ in c. nõ debet. de consanguinitate & affini. & ita dicit dominus Anto. in materia extensionis in c. fin. in 5. & 7. fall. de ↄsuetu. faciũt not. in c. 1. ne sede vaca. & ꝑ istam rationẽ inficitur ẽt substitutio de ipsis filiabus tanquã facta in minus solenni testamẽto;
20 quia ex quo (ut ꝑdixi) censentur extraneæ† & nõ sunt suæ, nõ habet locũ dispositio. §. ex imperfecto, & ↄsequen. substitutio facta de eis in minus solenni testamẽto non valet, ita pulchrè, & subtiliter declarat Fran. de Areti. in l. 1. in 6. requisito. ff. de vulg. & pup. ꝑ tex. in l. fi. in prin. C. fami. ercis. faciũt no. ꝑ Mode. in d. §. ex imperfecto, & ꝑ Fulg. in l. ea. l. §. ꝑ nuncupationẽ, & ꝑ Rotam conlu. 179. Amplissime doctor, & ꝑ Mod. ĩ tract.
21 de statu. excluden. fœminas &c.¶†Ad quintũ articulũ, an similiter sine ꝑiudicio veritatis dato testamẽtũ subsistere, agnatione posthumi testamẽtũ qnoad omnia sit ruptũ? Breuiter: quia ẽt articulus plenè examinatur in auth. ex causa, si ignoranter fuit ꝑteritus, ut in veritate ꝑsupponitˀ, opinio Bartoli, quæ
* etiã *communis est, ꝙ sic, & dicit Alex. ꝙ pluries ita ↄsuluit, vt referunt Mod. ibi, ꝙ periculosum esset recedere ab opinione
22 Bar. de quo tamen plenè aliàs diximus.†Et licet hæc opinio Bartoli videatur ꝑ Alex. ibi limitari, ut non ꝓcedat, quãdo alius filius esset institutus: quia sicut grauauit vnum filium, ita
23 grauasset reliquũ: tamẽ, ut dicũt ibi Moder. nõ est tuta.¶†Nõ obstat, si diceretur, posthumum nõ superuixisse: cũ illico mortuus fuerit; & quia in quinto, vel sexto mense natus, qui nõ rũpit testamẽtum, ꝑ l. 7. mense. ff. de statu homi. ut videntur tenere quidam Mod. in l. pe. C. de posthu. hær. insti. & in l. cum auus, de cond. & demon. & aliàs cõsului; quia dico de hoc nõ constare, scilicet ꝙ in quinto, vel sexto, immo in septimo natũ per sex menses post mortem testatoris natus fuerit, uocẽ emi-
24 sit, lactauit, baptizatus fuit† & per vnam diem superuixit, & sufficit ẽt vnam diem septimi mensis tetigisse, ut ꝑ glo. & scriben. in d. l. septimo. vnde qui vult dicere natũ quinto, vel sexto, debet hoc ꝓbare; ↄtingit enim, & qui in nouo mense emittuntur illico resolui seu mori, ut experiẽtia docet.¶Nõ obstat auctoritas medicorũ deducta ꝑ Soci. in l. cum auus. ad partẽ contrariam inducendo subtiliter. l. vxoris abortu. quia actoritas medicorum cõcludit, etiam esse partus, qui emittuntur in nono mense, & tamen nullus dubitat, posthumũ, qui nascitur in nono mense, quamuis statim moriatur, rũpere. Secũdò dico: ut põderat Philippus Cor. in d. l. pe. ꝙ opinio ↄtraria est ↄ-
25 tra illũ tex.†Nec obstat d. l. septimo. ut respondet ibi idẽ do. Philippus, & saltẽ in hac varietate opinionũ, ex quo clarè nõ ↄstat, posthumũ natũ in quinto, vel sexto mense, nõ debemus
26 violare generalẽ dispositionem. d. l. pe.¶†Ad sextũ & vltimũ quis & in quanto posthumo succedatˀ, dico clarũ, matrem, & fratrẽ ad successionẽ posthumi vocatos, authẽ. defuncto, & in
27 corpore vnde sumitur. C. ad tertu.† & ipsius hæreditatem ex potẽtia suitatis ad eosdẽ trãsmissã quãuis non agnitam, ut no. in l. si infanti. C. de iure deliber. & in l. cum antiquiorib. in l.
28 quoniã sororem. eod. ti. tex.†& ibi no. in l. 5. C. de his qui an. apert. tabu. cumq; postmodũ frater infans hæreditate ꝑ eius

tutorem

tutorem non adita: cum non agatur de hæreditate paterna sed
29 fratris, decesserit, in totũ defert matri. d.l. si infanti. Nec† substitutio pupillaris fatri facta trahit ad bona posthumi, cui non fuit aliquo modo facta substitutio, per quam succeditur tantùm pupillo, & ĩ bonis pupilli, cui facta est. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de uulg. & pup. cum sim. In istis itaque articulis ita succintè & breuiter tactis, quàm plura potuissent cumulari & deduci, sed in pręsenti ista sufficiant, cum ex illis haberi possit uera & communis in omnibus decisio. P. Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus licitè potest detineri, quousque satisdet.*
2 *Iudex in maleficijs statim potest capere malefactorem, & delinquentem.*
3 *Accusatus non debet resistere cõmilitoni, & executori ipsius iudicis, sed debet obedire, & resistendo dicitur esse in culpa.*
4 *Qui resistit & commilitoni admenat ensem, crimen enorme cõmittit.*
5 *Et talis admentatio, & resistentia punibilis est, ex quo infert iniuriam, & maior pœna potest imponi.*
6 *Delictum consideratur maius, & respectu loci, & respectu personæ, & quia in præsentia magistratus commissum.*
7 *Si offenditur magistratus, dum iurisdictionem exercet, offensio dicitur fieri dignitati, & ipsemet potest illam uindicare.*
8 *Delictum notorium cõmissum coram iudice potest ab ipsomet puniri, ex quo sibi constat ut iudici.*
9 *Etiam ordine non seruato, & notorium dicitur, quando coram magistratu committitur, & 10. & 15.*
Ad puniendũ delicta notoria proceditur ex officio, & sola executio committenda est.
11 *Nec requiritur processus ordinarius.*
12 *Et facta condemnatione non recipitur appellatio.*
13 *Et in istis notorijs non seruatur ordo, nec solennitas, & 14. 15.*
14 *Nec delinquenti datur copia repertorum.*
Nec requiritur citatio, nec datur terminus ad se defendendũ, & num. 15.
15 *Nec requiritur sententia.*
16 *Filiusfamilias delinquens punitur.*
Et in iudicio criminali contra ipsum intentato non requiritur consensus patris.
Ex quo in istis potest esse in iudicio sine ipsius consensu.
17 *Iudex potest condemnare ad pœnam, & casu quo non solueretur, potest in dicta sententia alterare.*

CONSILIVM CXLVII.

Vidi allegationes & consilium clarissimi doc. Ioãnis Andreæ a Scutellis in causa sua propria ꝯ & aduersus Io. Pet. Parolium, quæ cõsultatio mihi placet rationibus, & decis. in illa deductis. Ad quorum cõprobationem aduertendum est: q̃m ipse Io. Petrus erat accusatus coram ipso Io. And. tunc Prætore de vulneribus per eum illatis in quandam mulierẽ, & eius filium, & cum ipse accusatus esset in conspectu ipsius do.
1 Prætoris, † & adhuc non satisdedisset, iure & l. permittente, ipse do. Prætor potuit mandare, prout mandauit, vt detineretur, quousq; satisdaret ẽm Bal. in l. 2. C. de his, q latrones, & Ang. ĩ l. ite apud Labeonẽ. §. qd. ff. de iniurijs, & in auth. ut iudices si-
2 ne quoquo suffragio. §. sciẽtes. † Hinc Sal. in l. nullus. C. de exhi. reis dicit, ꝙ in maleficijs Iudex põt statim capere malefactorem, & plura ad id post Alex. consi. 240. Perspectis. col. 1. in 6. vol. adducunt Mod. Bonon. in eorum practica criminali, col. mihi. 9. in uerbo cõstante. nu. 5. & eam tangit Paris de syndi. in uerbo captura, col. 3. uersi. an potestas possit capi facere, & Ang. de malefi. in uerbo, qui iudex dictum Cayum carcerari & detineri iussit, & per Can. per illum tex. in c. si clericos. de sen. excom. lib. 6. ex quibus patet, ꝙ ipse D. Potestas secundùm iura, & leges mandauit suo commilitoni, ꝙ deberet carcerare dictum Io. Petrum accusatum, quousque satisdaret, quod mandatum fuit iustissimum, & quia ipse commilito & executor debebat & volebat illud exequi, ipse Io. Petrus tali cõmilitoni exequenti non debuit resistẽtiam facere, sed debuit obedire dicto
3 mandato iustissimo, † & dicto commilitoni illud exequenti, & resistendo, & non obediendo fuit in culpa, iuxta no. in c. cũ parati. de appellationib. & in l. commentariensem. C. de custodi. reorum, cum alijs adductis per Parid. de syndica. in uerbo nũtius, col. 6. & seq. versic. fuit magistra. quæst. & faciunt not. per doct. in l. j. in prin. ff. si quis iusdicent. non obtemperauit. & in ti. ne quis eum, ferè per totum, & no. in l. 2. in fi. ff. si quis cautio. & quę vult Ang. per illum tex. in auth. ut iudices sine quoquo suffragio, in §. scienter, & Paris de syndic. in uerbo carcer. col. 3. uer. Potestas potest punire, & in uerbo præceptũ, & q̃m ipse Io. Petrus nedum recusauit obedire, quinimò, & quod peius fuit, ꝯ dictum commilitonem exequentem dictum mandatum, & in conspectu dicti d. Prætoris cognoscentis de hac causa, denudauit, & euaginauit ensem admenando dicto cõmilitoni uelle eum percutere dicto ense, certissimum est, ꝙ per talem
4 admenationem† & denudationẽ commisit enorme crimen & punibile: ut in leuioribus terminis est tex. in d. l. item apud Labeonem. §. si pulsatus. ff. de iniur. quem Bar. ibi dicit esse singularem declarãdo, quæ dicatur admenatio, quod propriè est in casu præsenti, quam doctrinam sequitur Ang. & Aug. de malefi. in uerbo admenauit, conualidantes talem actum esse punibilem, & Ang. in d. §. si quis pulsatus. idem tenet, prout etiam facit Ias. in l. j. §. hæc aũt uerba. circa finem. ff. quod quisque iuris, & vr̃ concordare tex. in c. si quis pulsatus. de pœniten. dist.
5 j. † quinimmo Mod. Bonon. in l. qui falsam, col. 2. nu. 3. & 4. ff. ad l. Corn. de falsi. allegantes varias decisiones concludunt, ꝙ ille, qui admenauit cum armis tenetur alia maiori pœna secũdum no. per Bart. in l. si ex plagis in §. tabernarius. ff. ad leg.
6 Aquiliam, † & tanto magis prædicta gesta ab ipso Io. Petro grauant dictum delictum considerato loco, in quo fuit commissum. Item & considerata persona commilitonis exequentis iustum præceptum factum ab ipso D. Prætore. Item & quia omnia prædicta ipse est patratus in conspectu, & p̃sentia ipsius d. Prætoris cognoscentis de eadem causa, quæ facta fuere in uilipendium ipsius magistratus, vt plenè probatur in decisionibus
7 & iuribus adductis per ipsum spectabilem do. Ioan. And. † Ad quorum cõfirmationẽ bene facit, quod habetur in l. j. in prin. ff. de postulan. & in l. si familia. in prin. ff. de iurisd. om. iud. & 2. q. 1. c. si quis ab epo. & in c. Romana. de pœn. lib. 6. ubi concluditur, ꝙ q̃n offenditur magistratus exercendo iurisdictionem, ipsemet põt uindicare iniuriã, quasi illatam dignitati, & est optimũ consilium Oldr. 7. in ordine, & plura ad id adducit Paris de syndica. in uerbo. iniuria. col. 4. & 5. uersi. an si officialis procedit super iniuria, & ex istis ẽt infertur, ꝙ tale crimen cõmissum per dictum Io. Petrum modo, quo supra, fuit noto-
8 rium, † quo fit: ut ipse do. Prætor potuerit illud punire & de eo iudicare ẽm conscientiam suam, quam habebat informatã ex dicto notorio, ex quo sibi constabat ut iudici, ut tenet Ang. in §. scimus. in auth. de testi. & Inno. in c. ad nostram, de iur. & in §. scimus. in auth. de testi. & Inno. in c. ad nostram, de iur. & gl. in l. j. C. qui & aduers. quos. & do. Abb. & Can in c. 1. de offi. ord. & in c. pastoralis. §. quia uerò. de off. deleg. & Aret. insti. quib. mod. tutel. fini. in prin. & Alex. in l. magistratib. ff. de iurisd. om. iud. & plenè tangit Ias. in §. si cuius. insti. de act. & ponit Paris de syndica. in uerbo iudex, col. 2. uersi. iudex non debet iudicare, quibus in locis concluditur, ꝙ q̃n crimen est notorium, iudex põt procedere ad punitionem illius iuris ordine non seruato, & notorium dicitur, q̃n committitur in cõspe-
9 ctu iudicis exercentis iurisdictionem, † & ideo Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adulter. dicit, ꝙ q̃n crimen committitur coram iudice, potest ipsemet iudex procedere in illo crimine, & illud punire, & idem Bar. in l. si quis obrepserit, de falsis. dicit, ꝙ si iniuria committitur ꝯ familiam iudicis in actu iudiciario, ipsemet iudex potest ex officio procedere, si crimen est notoriũ, põt talem offensam factam in familiã punire: quia in istis notorijs iudex non dicitur facere, nisi solam executionem, ut no. Spec. in ti. de noto. cri. & Cyn. in l. j. C. ne quis in sua causa. & ibi ẽt not. Bal. & ad id plura adducit And. de Iser. in consti. regni humanitate suggerente. vbi vult, ꝙ si quis delinquat iudice sedente pro tribunali perinde est, ac si probatũ esset per testes, & iudex statim potest illum punire, & 2. q. 1. cap. quando.
10 † & Luc. de Pen. in l. quoties, de dignita. lib. 12. dicit, ꝙ omne crimẽ, quod cõmittitur coram iudice, est notorium: quia sem per ibi multi astant, & etiam propter acta, quæ inducunt notorium, & ꝙ ꝯ tales delinquentes fit condemnatio sine alio pro-
11 cessu, & ẽt executio, adducit iura & exempla, ut per eum, † vñ q̃n in actu iudiciario fit aliqua iniuria coram iudice, talis iniuria

ria poterit puniri absq; aliquo processu: ut plenè probat Paris de sindic.in uerbo notorium.col.1.2.& 3.& inter alia adducẽ do Bar.in l.scriptus,de religiosis & sumptib.funerum,dicit,ꝙ iniuria facta corã tali iudice iudicãte põt statim,& eadẽ die pu niri ex mero officio,& maximè qñ examinati sunt testes ꝓban
12 tes tale delictũ;ut fuit in casu præsenti, † & in tali delicto facta ꝯdemnatione non admittitur appellatio: ut in l. abstinendũ.C.quorum appel.non recipi.& per Bar.in d.l.scriptus.& ꝑ doct.in l.ea quidẽ.C.de accus.& in istis notorijs, in quib.non
13 desideratur ordo iudiciarius † iudex in modo procedendi põt legem transgredi, ut dicit Paris de syndic. in uerbo præceptũ. cessat enim in istis notorijs solennitas iuris,& in ipsis põt pro
14 cedi sine accusatore.†Nec est necesse,ꝙ tali ita delinquenti detur copia repertorũ.Nec propterea si non seruatur ordo, & solennitas in istis,poterit dici de nullitate, ut dicit Ang. de malefic.in verbo,ẽt per modum notorij, ex quo in istis ordo est ordinẽ non seruare,vt dicit Bal.in c.ad nostram.el 3.de iureiu.& ibi Abb.qui ẽt in c.super his.de pęnis.dicit,ꝙ in delicto notorio iudex põt mandare pœnam imponi delinquẽti sine aliqua condemnatione,allegat Inn.in c.ex parte. el j. de uerb.sign.& ad id plura adducunt Mod.Bono.in repeti.rub. C. de probat. col.4.& quinque seq.& faciunt,quæ ponit Fel. post alios in c. euidentia,de accu.& in c.sciscitatus.de rescrip.in prin. & in c. cum non ab homine.de iud.vbi allegando.c.peruenit,de app. & alias decisi.dicit,ꝯ talem notoriè delinquentem non requiri citationem, nec illi est dandus terminus ad se defendendũ, ſm Dñicum de Sancto Gemi.in c.ordinarij.§.j.de offi. ord.li.
15 6.† & And.de Iser.in ti.quo tempore miles,in usibus feudorum,in c.scimus,expressè vult,ꝙ quando delictum committitur iudice sedente pro tribunali,dr̃ crimen notorium, & in eo non requiritur sñia, ex quo potest procedi ad executionem,ut per Bal.in l.ictus fustium.ff.de his qui notan.infa. & ponit Innoc.in c.statuimus.de elec. lib. 6.& multa ad propositum nostrum cumulant Moder.Bonon.in eorum practica crimina.in verbo aggredior. nu.125.& pluribus seq.fo.mihi.62.& in verbo,secunda,fol.41.& pluribus seq. ubi allegantes multas dec. concludunt, in tali notorio non requiri causæ cognitionẽ,nec citationem,nec solennitatem sñiæ, & ꝙ in eis potest incipi ab executione, ut ẽt ipsi tenent in dicta practica in uerbo,examinanda,nu.7.& seq. & in uerbo, aggredior.nu.134. Ex quibus omissis pluribus alijs, quæ adduci possunt, resultat firma conclusio,& vera,ꝙ tale delictum fuit notorium,& enorme,& cõ missum in vilipendium magistratus, & ꝯñr valde punibile,& quòd in eo contra ipsum Io.Petrum delinquentem potuit be-
16 ne,& iuridicè procedi,prout fuit processum.¶†Nec prædictis obstat,si dicatur,quòd omnia gesta contra ipsum Io.Petrũ fuerunt nulla;eo quoniam ipse Io.Petrus erat filiusfamilias, & in tali iudicio non interuenit consensus, & auctoritas patris,iuxta plenè no.in l.non solùm.§.necessitate.C. de bon. quæ liber. & per scrib.in l.j.C.qui admit.cum concor.Nam aduertendũ est,ꝙ in p̃senti casu pater nõ est legitimus administrator. Nec sumus in casu, in quo tractetur de eius usufructu, ex quo sumus in delictis,in quibus potest procedi contra filium accusatum, etiam sine cõsensu patris,ut habetur per Bar. & alios scriben.in d.§.necessitate,& ibi no.Pau. de Cast.col.fi. uersi.in gl. ibi vel aliud, in istis autem criminalibus filiusfamilias põt esse in iudicio sine patris consensu, vt dicit Bal.in l.pe. C.de noxa.& consi.suo.83.Verba libelli,col.fin.in j.vol.vbi vult, ꝙ qñ filius conuenitur ex delicto, non requiritur consensus patris, sequuntur Moder.Bonon. in eorum practica in uerbo expedita.num.82.circa finem folio. 29. & in verbo sequens, nume. 54.fol.51. Eo potissimè: cum tale delictum fuerit notorium, vt supra dictum est. ¶Minus etiam obstat, si dicatur, quòd ipse Ioannes Petrus erat minor. Nam cessat obiectio, ex quo istud non fuit allegatum,& cum eo tanquam cum maiore fuit processum,& minor ætas non operatur, quin delinquens non pu-
17 niatur.l.auxilium.l.Emilius.ff.de mino. † & sunt iura vulg.& deductum est in consilio præfati d.Ioan.Andreæ,qui bene potuit condemnare eo modo,quo condemnauit alterando pęnã casu,quo prima non fuisset seruata,iuxta plenè tradita per Angel.de malef.in verbo, quas si nõ soluerit infra decem dies. & in verbo amputetur sibi manus &c. & iuxta not. in l.gratia.ff. de termi. amot. & per Paridem de syndi. in uersic. paupertas. col.mihi.20.versi. iudex pro pecuniaria pœna,cum alijs alle. per præfatum excellen.consultorẽ, quibus cõsideratis,nõ põt in aliquo redargui, nec ẽt de excessu,cũ verè in nullo excesserit,quinimò vsus fuerit omni humanitate. Paris. Paduæ.

SUMMARIUM.

1 *Quando plures sunt in rixa, & reperitur vulneratus quis, & nescitur à quo,per totum consilium.*
Consideratur genus armorum,quo quis alium percutit.
Tortura contra inquisitum potest reiterari, quando per primã indicia non sunt purgata,etiam si non extarent noua indicia, & num.2.
3 *Quando plures sunt in rixa,& quis est vulneratus,& demum mortuus,& nescitur a quo, an omnes sint condemnandi, uel absoluendi,seu puniendi,& qualiter,& 4.*

CONSILIVM CXLVIII.

Vidi Processum criminalem ad me transmissum per illustrem do. Sigismundum de Bellispergo capitaneũ de Teluana fabricatum per spectabilem do. Vicarium de castro nouo seu iurisdictionis Teluanæ contra & aduersus Ioan. filium ser Baldassaris Brussamolini,& contra Ant.de Langelo, nec non contra Anto. filium Simonis del Pyna de Castro nouo, inquisitos super homicidio, & morte quondam Vincẽtij de Carpanodo iurisdictionis Bassani, & bene consideratis dispositionibus testium super ipso homicidio examinatorum ac etiam consideratis depositionibus & confessionibus extra torturam, & in tortura factis per dictos inquisitos. Reperio omnes prædictos, & etiam alios fuisse præsentes in dicta rixa, in qua dictus quondam Vincentius fuit vulneratus, & postmodum ex dicto vulnere mortuus. Reperio insuper omnes prædictos tũc temporis fuisse armatos,& euaginasse enses seu mucronem, & quòd in dicta rixa ipse quondam Vincentius fuit vulneratus in brachio punctim & non cesim, hoc est cum acumine vnius armaturæ. Quis autem prædictorum fuerit qui talem vulnus intulerit dicto quondam Vincentio, adhuc ex processatis non apparet, bene verum, & ex depositionibus testiũ & ex ꝯfessione dicti Antonij del pyna satis constat, ipsum Anto. præsentem in dicta rixa fuisse armatum quodam stocchio seu mucrone, & quod stocchum ipsum euaginauit contra dictum quondam Vincentium, necnon eum admenauit animo offendendi ipsum Vincẽ.& licet ipse Antonius dicat, ꝙ admenauit cesim, & non punctim, hoc est, de taglio non de ponta & ita admenando percussit dictum Vincentium in digito non autem in brachio;tamen considerando qualitatem instrumẽti,& armaturæ,hoc est,ipsius mucronis,& stocchi, cuius proprium est percutere punctim, & non cesim, satis urgens indicium insurgit cõtra ipsum Ant.del pyna,quòd ipse fuerit, qui dictum.q.Vincent. in brachio vulnerauit, ita ꝙ eius ictus ueniat considerandus,ut dicit tex.in l.fin.ff.ad leg. Cor.de sicca.
1 †& qualitas armorum, quibus quis percussus est, valde cõsideratur: ut in terminis nostris dicit tex.in c.significasti.el 2.uersi.ibi,tùm ratione instrumẽti,cum quo ipse percussit, extra de homi.& est bon. tex.in l.1.§.sed si claua.ff.de sicca.& in l.j.C. de emenda.seruo.& bona doctr.Bal.in proœ.ff.orum, col. 3.& ad id multa adducit Io.de Ana.in d.c.significasti.col.8.uersic.no.ꝙ moderamen consideratur,& etiam D.Fel.ibi col. 5.uersi.ibi,nota ratione instrumenti, vnde cum cõstet ipsum Ant.del pyna præsentem in d.rixa euaginasse mucronem, & illum admenasse contra dictum q.Vincen.animo ipsum offendendi,& propriũ mucronis sit percutere punctim,& non cesim, cõstet ẽt dictum q.Vinc.fuisse vulneratum in brachio punctim, & ꝙ ex d.vulnere fuit mortuus, dico tale vrgens indicium ꝯ ipsum Ant.adhuc non esse sufficiẽter purgatum per torturam sibi adhibitam, quo indicio adhuc sufficienter nõ purgato dico, partes ipsius spectabil.do.Vicarij,seu alterius, qui iudicare hẽt, esse,ut iterum ipse Ant.del pyna subijciatur qõnibus,& torturæ ad hoc,ut tortura iterum adhibita habeatur, vel veritas istius delicti,vel purgatio vera.d.indicij, esto enim, ꝙ ipse Ant. fuerit tortus: tamen stantibus prędictis, dico non fuisse sufficien-
2 ter tortum,quo fit,vt sine alijs nouis indicijs possit repeti. † & de nouo subijci torturæ,secundùm Bal.in l.2.C.quo.app.non recipia.D.& Catald.in trac.de sin.ver.160.Incipit adde,ꝙ torqueri

quæri nõ põt, & no. Bar. in l. vnius. §. j. ff. de qõ. & in l. repeti. ff. eo. tit. & vtrobique Mod. addcentes alias decisio. & si ipse Ant. del pyna iam tortus confitebitur punctim. d. mucrone vulnerasse prædictum. q. Vincẽ. potuit ꝯdemnari iuxta formã iuris cõis, & statutorũ vigentiũ in d. loco, vbi cã pñs agitat, si verò inficiabit, & perseuerabit in suis ꝯfessionibus aliàs factis; tunc erimus in casu, qñ plures fuerunt in rixa, & ab ipsis fuit illatũ vnicũ vulnus mortale, ex quo vulneratus fuit mortuus, nesciť tñ quis tale vulnus intulerit, an oẽs teneãtur pęna capitali, an verò tñ debeant cõdemnari pecuniariter. ¶In qua difficultate

3 aliqui adducunt tex. in d. c. significasti.† ꝙ oẽs debent condemnari, & tex. in l. itẽ Mela. §. si plures, & in §. sed & si seruum plures. ff. ad l. aquil. & gl. in d. l. fi. ad l. Cor. de sicca. & Bar. ibi col. pen. & fi. tñ rectius ꝯsiderãdo casum pñtem reperio, ꝙ tale homicidium casualiter, & accidentaliter fuit perpetratũ non aũt dolosè, apensatè, & ex industria: nam ludentes postmodum rixati sunt, ꝯstat ẽt in facto, ꝙ non oẽs prædicti inquisiti vulnerarunt dictum q. Vinc. fuit. n. illi illatum vnicũ vulnus mortale, & incertũ est, a quo fuerit illatum, quib. stantib. est in terminis ꝯs. Pet. de Anch. in ordine. 206. Incipit, nos Bar. de Saly. ubi ipse Pet. de Anch. & alij doc. ibi nominati in puncto qõnis nostræ determinarunt, & ꝯsulerunt, ꝙ nullus ꝑdictorum debet puniri capitaliter, bene uerum ꝯcludunt, ꝙ debeat cõdemnari pecuniariter, per glo. in d. l. item Mela, in d. §. sed & si seruum plures, & per alias rõnes, & fundamẽta, quæ uideri pñt, quod ꝯsilium refert, & sequitur Io. Ana. in d. c. significasti, col. 7. & 8. versi. circa prædicta reperitur quoddã ꝯsilium, & ibi rñdetur ad d. c. significasti, ut procedat respectu irregularitatis, & ẽt respõdent ad d. l. item Mela, & ad gl. in d. l. fi. ut procedant quoad pœnam pecuniariã, & rñdent ad d. Bar. in d. l. fi. ut eius doctrina locum hẽat, qñ oẽs percusserũt, ut plenius tangit. d. Io. de Ana. in d. c. significasti. col. j. uer. no. ꝙ plures, & col. 7. & 8. ver. no. ꝙ si discerni, & uer. quærit ẽt, & Fely. ibi, col. 3. uer. sed difficilis qõ est, ubi adducit ꝑdictum ꝯsi. Anch. & aliorum idẽ tenen. quam ẽt sñiam sequitur Aug. de Ari. in addit. ad Ange. de male. sup. gl. in uer. Andreã auxiliatorẽ, col. 4. & 5. uersic. & aduertas, & uer. tu aũt in hac materia, ubi declarat, in quibus terminis procedat doc. Bar. in d. l. fi. & adducit Archi. in c. fin. 23. q. ult. & alios doc. idem firmantes, & in terminis est ꝯs. do. Ale. de Imo. 15. viso processu, col. 3. & ẽt col. 6. & 7. uer. 4. moueor. & ver. 5. moueor. in j. uol. ubi adducit d. consi. Pet. de Ancha. & alias decisi. & cõcludit, pp incertitudinẽ nullum istorũ debere condemnari pœna mortis, sed tñ pœna pecuniaria, & idem vult Lud. Ro. consi. 401. eo ꝑsupposito, & Spec. in titu. de homic. §. j. uer. pone, ꝙ quatuor hoĩes, & consuluit ẽt Bal. cõsi. 77. Præsupposito, ꝙ in ciuitate. 5. lib. & in cons. 311. Quidam minor, & cons. ult. dr̃, ꝙ certi. in 3. li. consuluit ẽt Raph. Cu. cõsil. 134. Visis. col. 2. & And. Bab. & ẽt Alex. in plurib. alijs consilijs, quæ referunt vnà cum alijs quotis, & decisi. Mod. Bon. re. pe. rub. C. de proba. col. 83. & seq. uer. item redeundo ad materiam incertitudinis, ubi attestantur in ꝯtingentia facti ter consuluisse, & allegasse, & semper ita obtinuisse, & hoc ẽt firmãt ipsi Mod. Bon. in d. l. fi. ad leg. Cor. de sica. col. 2. uersi. ego aũt circa hoc, ubi se remittunt ad dicta per eos in d. rub. de proba. C. & idem ẽt tenent in singulari eorũ. 217. inci. ter, uel quater, & uideri ẽt possunt eorum cons. mõ iam impressa. vnde sequẽdo has cões do. si ipse Ant. del pyna perseuerauerit in suis ꝯfessionibus, ex quo incertũ est, quis ipsorũ tale vulnus mortale intulerit. d. q. Vincentio, pp talem incertitudinẽ dico partes præfati spectabilis. D. Vicarij, siue alterius, qui iudicare hẽt, fore, & esse ad cõdemnandum prædictos inquisitos ad pœnam tñ pecuniariã, in qua condemnatione, si pęna erit limitata a statuto, illam poterit imponere, & ad eam condemnare ꝑdictos inquisitos, si aũt pœna pecuniaria nõ reperitur taxata a statuto: tũc pœnam pecuniariam taxabit suo arbitrio, minus tñ condemnando. d. Io. filium ser Baldassaris Brussamolini & Ant. de Lãg. in plus autem condemnabit d. An. del pyna tanquã magis culpabilem. considerabit itaque ipse specta. D. Vicarius facultates dictorum inquisitorum, & suo arbitrio condemnabit prædictos ad pęnam pecuniariam modo, & forma, quib. s̃. si pęna a statuto non reperitur limitata. P. Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Res sacræ & ecclesiasticæ non possunt effici propriæ alicuius.*
2 *Laicus in istis potest sibi quærere aliquod ius honorificum.*
Vt est ius patronatus.
3 *Et ius præcedendi, & sedendi in loco eminentiori.*
4 *Laicus potest sibi quærere istud ius honorificum multipliciter, & potissimum consuetudine seu præscriptione.*
5 *Qui tale ius honorificum habet, patronus & aduocatus dicit.*
6 *Tale ius honorificum potest etiam successione acquiri.*
7 *Et idoneior & dignior successor alijs præfertur. & num. 8. esto quòd ad plures transeat.*
9 *Istud ius honorificum debet præstari, nedum à laicis, sed etiam ab ipso administratore ecclesiæ.*
10 *Et si eripitur, agi potest contra eripientem, & nu. 11.*
12 *Et dicitur ex hoc affectus iniuria, & potest agi. & nu. 16.*
13 *Iniuria committitur etiam rei.*
14 *Et re, & facto, nedum uerbo.*
15 *Et nedum præsenti, sed etiam absenti.*
17 *Non põt condemnari iniuriarũ, qui non fuit in dolo, seu culpa.*
18 *Quæcunque causa excusat a dolo.*
19 *Iniuria præsumitur facta animo iniuriandi, nisi aliud probetur, & num. 21.*
20 *Non admittitur excusatio, esto quòd iniurians dicat, non fecisse animo iniuriandi.*
21 *Dolus consistit in animo, & probatur ex coniecturis.*
22 *Animus declaratur uerbo, & facto.*
23 *Gesta à iudice præsumuntur geri sine iniuria, secus quando geruntur à priuato.*
24 *Obtemperans mandato in genere prohibito non excusatur propterea, quin puniatur.*
25 *Agitur iniuriarum, quando fit contra honorem.*
26 *Inscriptiones sepulchrorum probant.*
Falsus in uno, in totum reditur falsus.

CONSILIVM CXLIX.

In Præsenti cã vertente inter nobilẽ ac eximiũ artiũ & medicinæ doctorẽ. d. Hiero. Bretiũ Stellimaurũ ex vna, & Baptistã Angeli de Orzano plebis Ciuezani ex altera, vr̃ prima facie dicendũ, ꝙ ipse Baptista dẽat absolui & liberari: tum qa ipse d. Hiero. vr̃ malè intentasse actionẽ iniuriarũ, & nõ bñ fundasse intẽtionẽ suã ꝯ eundem Baptistã: tum ẽt qa vr̃ ex parte ipsius Bap. probatũ, sine dolo amouisse scãnum, seu scabellũ, quibus ꝯsideratis partes iudicantis esse ꝑsupponunt in liberando & absoluẽdo. Tñ rectius ꝯsiderando, & facti seriẽ, & iuris dispõnem cir. vtrumque verior vr̃ ꝯria opi. & primò aduer

1 tendũ est.† Nã licet realiter res sacræ & Deo dicatæ, & ecclesiæ non possint effici propriæ alicuius priuati, ita ꝙ laicus quærat sibi ipsarũ proprietatẽ, nec in totum, nec in partẽ, ut hr̃ in l. j. §. j. ff. de re. diu. & in l. sacra. eo. tit. & clarius insti. eo. §. nullius. & in §. sacræ. & in c. oẽs basilicæ. & c. seq. 21. q. 7. cũ alijs con-

2 cor.† Tñ receptũ est: ut ẽt laicus in ædibus sacris & in istis religiosis & spũalibus possit sibi quærere aliqđ ius honorificũ: vt puta ius pñtandi, ius ꝑcedendi, & ius sedendi in eminentiori loco, ut de iu. pa. per illũ tex. plenè hr̃ in c. q̃to. extra de iud. & per totũ ferè ti. extra de iu. pa. in antiq. & melius iñ c. 1. eo.

3 ti. lib. 6. & in cle. eo. tit. per totũ,† & de iure ꝑcedendi ac sedendi in eminentiori loco hr̃ in c. piæ. & in c. Frigentius. 16. q. 7. & in c. nobis. in fi. & ibi Abb. in ult. no. de iu. pa. in antiq. cum alijs addu. per Pau. de Cittadi. in trac. de iu. pa. in 6. parte prin. in j. q. vbi dicit, Italos multũ curare istos honores, ad hoc Gof. in sum. eiusdẽ tit. & istud ius honorificum à laico potest multis modis quæri, inter quos ille receptus est, ut quæratur ꝯsuetudine vel ꝑscriptione, declarãdo ut per Archi. in c. hortamur 71. dist. ut per Abb. & Fel. & alios in c. cãm, de præscrip. & per eundem Abb. in consi. 106. casus, uersi. 2. principaliter. in 2. li. & ponit Alex. consi. 75. uisis. in fi. in 4. lib. cum alijs cumu. per Roc. de Cur. in trac. de iu. pa. car. pe. & fi. & per Pau. de Citta. in eo. trac. de iur. patro. in 3. parte prin. in 5. cã, ubi ꝯcludunt, ꝯsuetudine & ꝑscrip. posse tale ius quæri ẽt a laico ẽm Arch. ubi s̃. cuius opinio est uera, & iudicando & consulendo seruatur ab oĩbus, vnde cõsiderando tp̃s, quo in d. ecclesia antecessores ipsius. d. Hiero. & successiuè ipse tenuerũt dictũ scãnũ seu scabellũ in loco. d. ecclesiæ, vnde fuit remotũ ab ipso Bap. Certũ est cucurrisse tp̃s habile ad causandũ dictã ꝑscri. & ꝯñr dictũ ius.

4 †Item ꝯsiderando gñalem consuetudinẽ uigentẽ in d. loco, ut nobiles & regulani dicant aduocati. d. ecclesiæ, & possint tenere scãnum, seu scabellum in loco eminentiori. d. ecclesiæ, & antecessores ipsius d. Hiero. & successiuè ipsi fuerint & sint nobiles

les,& regulani,iure dictante,uirtute dictæ cōsuetudinis merito potuerunt quærere, ꝓut quęsiuerunt, dictū ius honorificū, decisi.quibus.sup. Nā ēt ille, qui hēt dictū ius honorificū,qñ que non solū dr̄ patronus, sed ēt aduocatus. c. quia clerici.de
5 iu.patro.qui aduocatus dr̄ defensor† & curā habet defendēdi bona ecclesię,ꝯñr nimirum si tale ius honorificū sibi debetur, & talis aduocatus seu patronus,nedum ꝯsuetudine & præscriptione,ut s̄.pōt quærere tale ius honorificum, quinimmo illud cōsequitur per successionem succedendo illi, qui tale ius
6 q̄siuit,nedū si succedit ut suus,sed ēt si esset extraneus.†Nā per successionē tale ius ēt in extraneū transfertur,ut in c.1.& 2.de iure patro.in antiq.& per Gof.& Hostien.in summa dicti ti.& per gl.magnam in c.piæ mentis.16.q.7.& in cle.fi.de iu.patr. cum alijs cumu.per Roc.de Cur.in d.trac. de iu.patr..fol.30.
7 col.1.& per Citta. in eo.tra.in 9.par.prin.q.1.† & ut in dictis locis habetur, nedum tale ius transiret ad vnum tm̄ successorem,sed ēt ad plures,si plures sunt.Est bene uerum, ꝙ qñ plures sunt, idoneior,& dignior præferendus est alijs, argu.l.fi.ff.
8 de fid.instr.†& eorum q̄ notantur in l.ꝓcurator.C.de edē.cū alijs adductis per Roc.de Cur.in d.trac.fol.9.col.2. & 3.& in puncto ponit Pau.de Citta.in simi.tract.in 6.parte prin.uersi. 5.quæro.& uerſ. 5.si essent plures patroni. Vñ cū in facto certum sit,tale ius honorificū peruenisse ad ipsum d.Hier.ex successione. q. nobilis do. Odorici de Rochabruna dicti de Seregnano,ꝙ ita ꝯsiderandum est in personam.d.D. Hier.sicuti cōsiderabatur in personā ipsius do.Odorici, & licet ipse Baptista conuentus dicat, tale scānum,seu scabellum fuisse.d.D.Vigilij de Seregnano,& ꝯñr suorum hæredū, tñ ex hoc non tollit, ꝙ non fuerit d.D.Odorici,& ꝯñr ipsius do. Hiero. qui fuit & est eius successor & hæres,& ipse D.Hiero.tanq̄ dignior ꝯsiderandus & præferendus est,iuribus & decisi.quib. sup. Quibus accedat,ꝙ tale ius honorificū debetur illi,qui illud hēt nedū ab
9 alijs laicis,†sed ēt ab ipsomet administratore ecclesiæ,ut hr̄ in c.filijs.& c.quicunque.16.q.7.& per doct.in c. nobis. in fi.extra de iure patro.& in puncto ponit Pau.de Citta. in d.trac.in
10 6.parte prin.in 2.q.in fi.†Hinc est,ꝙ si talis honor denegatur seu eripitur,ꝙ pōt agi ꝯ eripientē,ut no.in c.pastoralis.de appel.& c.cū Bertoldus.de re iud.& in c. si decernimus.16.q.7. & per Abb.in c.cum aūt. de iure patr. Ad quæ faciunt no.per Abb.in c.quanto.prællег.de iud.circa fi.ubi uult, ꝙ si laicus
11 impeditur in istis iuribus honorificis, † prout ēt in iure funerandi,& sepulturæ,ꝙ pōt agi ꝯ talem impedientē, & a fortiori ꝯ eripientē tale ius,& Bal.ibi quē refert,& seq̄tur Andr. Barb. in addi.ad Abb.ferè in terminis dicit,ꝙ si quis per uiolentiam
12 repellatur a iure patro.†& sic a iure honorifico sibi debito, ꝙ dr̄ affici iniuria,pp quam pōt agi ꝯ ipsum ēt coram iudice seculari,sed nulli dubium,ꝙ corā ecclesiastico agi pōt actione iniuriarū,ut ibi dicit Philip.Dec.col.fi.& oēs ꝯcludunt,ꝙ cōmittit iniuria,& ꝙ pōt agi iniuriarū, qđ vr̄ decidere casum pñtem,ēt si hoc fuisset commissum ab ipsomet administratore ecclesiæ. ¶Ex quibus quoq; infertur, ꝙ iniuria ēt cōmittitur rei & iuri incorporali,prout de re est tex.in l.si statua.ff. de iniu. cum si.
13 †Quo fit,ut ipse d.Hier.dicatur verè iniuriatus per ammotionē dicti scamni, sicut in simili dicit tex.in d.l.statua,pp quam ammotionē bene potuit agere iniuriarū,ut est ibi tex.in terminis,prout ēt agere potuit pp tale ius honorificū sibi sublatum pp talem ammotionē,ut dicunt oēs in d.c. quanto. & ēt certū
14 est,ꝙ iniuria nedū verbo,†sed re & facto cōmittit.l. j. §. iniuriarū.l.lex Cornelia.§.si quis librū.ff. de iniu. & insti.eo.§.j.&
15 per Azo.in sum.eod.tit.†Prout ēt verū est, iniuriā nedū p̄senti,sed absenti fieri posse.ut l.item apud. §. conuitiū.ff. de iniu. & C.eo.ti.l.si quidē.Quib.bene animaduersis,apertè patet,ꝓ dicta ammotione scamni eidem. d. Hie. fuisse illatā iniuriam,
16 ꝯñr eidē iure permittente licitū fuisse agere iniuriarū,†prout egit,& qđ in d.loco & ecclesia, & in alijs vicinis & cohærentibus tale ius honorificū possit quæri per nobiles & regulanos ꝯsuetudine,& qñ est ita quæsitum,ꝙ nō possit tolli per quamcunq; personā, & casu quo scamnū, seu scabellum tolleret de loco digniori,ubi positū erat, & poneretur in loco inferiori,ꝙ cōmittatur iniuria,& possit agi iniuriarū ꝯ illum talia ꝑpetrantem,expressè deponunt magnifici & excellen.uiri producti in testes per ipsum d.Hiero.videlicet, magnificus d.Io.Cōtes de Trilaco,& magnificus d.Balthasar de Clusio, & excellens do. Io.Baptista Galasius,& d.Franc.de Sale,& notorium est, dictā

ꝯsue.extare,quæ nobilibus & regulanis dictum ius honorificū
17 ꝯcedit,†& ꝙ per ammotionē scamni cōmittitur iniuria.vnde attenta nobilitate ipsius do. Hier. dignitate uerificata insuper per priuilegia & scripturas pñtatas, attenta ēt ignobilitate dicti Baptistæ ammouentis scamnū, iustus iudex eius arbitrio taxare poterit dictā iniuriā, uel prout petitū est per d.D.Hiero. vel prout eius sano arbitrio melius uisum fuerit, ut plenè not. in l.iniuriarū ęstimatio.ff.de iniur.& per Abb.& Cano.in c.1. & fi.extra de iniu.& dāno dat.& per Ang. Aret. insti.de iniur. in §.pœna.& in §.in summa. patet itaq; iniuriā per dictū Bapt. fuisse illatā ipsi d.Hier.qui iniuriatus bene agit iniuriarū actione,& optimè eius intētionē probauit.¶Solū superest, ut discutiatur, an causæ & defensiones ad sui excusationē allegatæ per ipsum Bapt.habeant ipsum iuuare,ita ꝙ ꝯdemnari non possit: cum,ut iniuriarū ꝯdēnari possit, necesse sit, ꝙ fuerit in aliquo dolo vel culpa, aut in aliquo defectu: cum aliàs iniuria nō cōmittatur sine effectu iniuriandi,ut in l.illud.ff.de iniu. & l.qui in iure.in prin.& l.uerum. ff.de fur.& l. sed & si quacūque.§. iniuriā.& §.si magister.ff.ad leg.aqui. & l.si non ꝯuicij.C.de iniu.& in dubio nō est præsumendum,ꝙ hoc fecerit aīo iniuriandi,ut in simili no.in l.iniuriarū.§.is qui.ff.de iniu. ubi gl.not.
18 & Ang.in d.l.iniuriarū.§.si quis,de honoribus.†Prout ēt:qñ quæcunque cā ēt iniusta & bestialis vr̄ excusare a dolo.l.igitur §.& gñaliter.ff.de libe.cau.& est tex.cū glo.in l.j. in fi.ff.de abige.& gl.in l.plagij.C.ad l.flaui.de plagia.& facit ēt gl. in ca.1. §.fi.in titu.de l.Corra. & ulterius plures uidentur colligi coniecturæ,ꝙ dictus Baptista non fuerit in dolo, nec in culpa.Prima: quia ipse amouit scamnū de mandato & ordinatione rectorum dictæ ecclesiæ.Secunda:quia ante ammotionē fuit petita licentia ab hæredibus.d.Vigilij.Tertia:quia ex cā fuit amotum pro peragendis negocijs dictæ ecclesiæ. ¶Istis nō obstan.ꝯsiderando facti ueritatē,& iuris dispōnem, ꝯrium vr̄ ue-
19 rius.†Illud.n.certū est,ꝙ iniuria pręsumitur cōmissa, & facta aīo iniuriandi, nisi aliud probetur,cōis est conclusio oīum per illum tex.& glo.in d.l.si non cōuitij.& l.j.C.ad leg.Cor.de fal-
20 car.& in l.3.ff.de iniu.†Nō.n.admittitur excusatio,esto ꝙ iniurians dicat non fecisse animo iniuriandi;ut est tex.in c.1.vbi Cano.multa adducunt extra de præsum.& ratio est qñ facere vel cōmittere iniuriam est prohibitū omni iure ēt naturali,& ideo nullus excusatur eam committendo, siue sit rusticus siue masculus,siue fœmina,ut hr̄ per gl.& alios in l.venia. C.de in ius vocan.& per gl.in l.fi.§.licet.ff. de publ. & per Ang.in l. plagij.cū alijs adductis per Bar.Cępolā cōsi.21. Ego Bartholomeus.col.pen.ver. & si dicat,& ꝯsi.24.Visa accusatione.col.
21 astringimur.n.oī iure alteri iniuriā nō inferre.†Quo fit, vt qui quis iniuriā infert,dolosè p̄sumat istud facere.Cū.n. dolus in aīo ꝯsistat.§.aliæ.ubi gl.& doct.insti. de actio. ita clarè probari non pōt,sed ex ꝯiecturis,indicijs & facti qualitate colligitur dolū.C.de dol.c.fi.de renū.li.6.l.j. C.ad l. Cor.de sica.& d.c.
22 1.de p̄sump. † Ita.n. facto declaratur aīus sicut & uerbo.l.de q̄b.in fi.ff.de legib.l.Paulus.ff.rē ra.ha.l. si nō rephendēda.C. de insti. & substi. ꝯñr ꝯsiderādo actū gestū p ipsum Bapt.q.in clarā & notoriā iniuriā ipsius.d.Hiero.factus apparet,vt s̄.deductū est,nō p̄t aliud p̄sumi, nisi ꝙ dolo p ipsum factus & ge-
13 vnam tantùm pœnam debere imponi. † Quando pro eodem delicto imponitur duplex pęna per statuta diuersa , & quòd statis est,vnam procedere cōdemnationem, ēt si minor pœna statueretur per vnum statutum,quā per aliud, & per ius cōmune ut tradit Bar.in l.qui rem. ff.vi bon.rapt.& in l.senatus, col.3. ff. de accusa.& in l.sepul.ff. de sepul. vio. & Aret.in præallegato consi.58.col.& versi.præallegatis. & licet Bar.in d.l. sepulchri.dicat,istud non procedere ↄ contumacem bannitū,& adhuc non punitum. Nam in fauorē sui non pōt istud adducere ne ex delicto præmium consequatur. Tñ quia Bononiæ ex forma statutorum pōtest procedi ad condemnationem ↄ ibi delinquentem & contumacē , ut in casu præsenti ita fuit processum,ↄ ipsum domi.Aurelium, qui extitit corporaliter condēnatus,& vlterius ad confiscationem omnium bonorum , quæ condemnatio respectu bonorum in d.loco existentium fortita iam fuit effectum,ēt respectu banni & exilij.Meritò concludendum erit,in ciuitate Brixiæ ↄ eundem pro eodē delicto nō posse procedi,ēt per viam accusationis;ut per Bar. in d.l.sepulchri,& Areti.in pręalleg.consi.58. Et si procederet , pęna non poterit esse nisi pecuniaria , iuxta formā dicti statuti vigesimi. Nullus corporaliter puniatur. Ad quod aduertendum est,qm̄ dictum statutum octauū de homicidijs, & alijs delictis,loquitur in delicto commisso ↄ ciuem, vel districtualem Brixiē.cōtinuè vel pro maiori parte anni ibi habitantem , quæ qualitas a statuto requisita necessariò erit verificanda;vt statutum possit habere locum;vt tradit Ioan.And.in c.1.de homicidijs lib.6. & Bar.in l.j.§.ait prętor.ff.ne quid in flumine publico, cū cō-
14 cord.†Iste autem qui a domi.Aurelio occisus dr̄, cīto ꝙ esset ciuis Brixien. Tamen continue , vel pro maiori parte anni ibi minimè habitauit, quo fit, ut statutum isto casu nō possit hr̄e
15 locum: † quum qualitas in illo requisita non possit verificari statuta enim sunt stricti iuris & strictè debent intelligi , prout loquuntur,& prout uerba sonāt, ita quòd quicquid omissum est a uerbis statuti,habeatur pro omisso;ut tradunt Bar. & alij in l.quicquid astringendę.in princ.ff.de verb.oblig.& in l.Titius.ff.de testa.mili.& in l.constitutio. ff. ad municip. Et licet

Bart.

Bar.in l.1.§.perimitur.nu.5.ff.de lib.agnosc.dicat,statutũ loquens de habitatione verificari in illo,qui habet ibi familiã,licet sit absens,vt ẽt tradit Dec.allegãdo alias deci. in l.cũ filiusfamilias.nu.4.ff.si cer.pet.tñ istud quò ad casum pñtem parũ facit:eo q̃m statutũ non loquitur simpliciter de habitãte, sed addit illam qualitatem,ꝯtinuè vel pro maiori parte anni. Quę
16 † uerba mõ aliquo non pñt verificari in ciue absente pro maiori parte anni;quum verbum,ꝯtinuè,non cadat in isto, iuxta l.continuus. ff.de uerborum obligation.& ea quæ nota. in l.1.§.quotidiana.ff.de aqua quoti.& æsti.& in l.1. §.item fluminum.ff.de flumini.cum alijs alleg.per Ludo.Rom.ꝯs.264. Vt Io.Vursinus.vers.de hac aũt,vbi declarat,quis dicatur cõtinuè habitare:ut non verificetur ẽt in illo, qui absens fuit paucissimo tpe ex cã iniusta,p tex.in l.Paulus rñdit. § Caius. ff.de liber.caus.& per tex.in l.seruum qui.§.seruus.ff.de statuliber. ꝙ propriè verificari põt in isto occiso,qui ꝯ præcepta illustrissimi D.Venetorum,& pñr iniustè moram trahebat Bononiæ, & illa verba, pro maiori parte anni, in illo adaptari non pñt, nec dici põt,illum habitasse Brixiæ,ex quo absens erat iusta cã studiorum. ¶Nã primò dr̃ cãm hanc absentiæ stante mãdato & præcepto illustrissimi Dñij esse iniustam. Secundò inficiat, ꝙ Bononiæ cã studij morã traheret, ex quo in matricula, vbi scolares describunt,minimè apparet descriptus,iuxta l.j.& 2. C.de primicerijs.lib.12.& l.matricula.de agen.in reb.eo.lib. & ea quæ tradunt in l.in illa stipulatione.ff.de uerb.obliga. & C.de profes.& medi.lib.10.ferè per totum cũ uulga. Tertiò
17 † ex eo:q̃m talis habitatio non posset dici,nisi impropria & ficta,& statutum & eius verba debent intelligi in casu ꝓprio & vero,adeo ꝙ in casu ficto non verificant: vt per illum text.tradunt Bar.& alij in l.3.§.hæc uerba.ff.de neg. gest. ex quo sunt stricti iuris,& ibi Bal.dicens,ꝙ statutũ loquens de offendente ciuem, non cõprehendit illum, qui fictè ciuis est, & Alex.in d.§.hęc uerba.in apostillis ad Bart.adducit quamplures alias ꝯcordantes decisio.& maximè Bart.in l.1.ff.de fonte.& Bal.in
18 l.si quis seruo.C.de furt.†Et licet Ale.ibi & diffusius in l.1.§. lex Falcidia.ff.ad leg.Falcid.post Imo.ꝯsideret plures casus,in quib.statutũ sibi locũ vendicat in casu ficto: ut ẽt tradit Fel. in c.insinuante,de simonia.& plures refert Alber.Bru.in suo tractã.de ꝯsti.in uerbo fingere,& post Bar.in l.oẽs populi.ff.de iusti.& iur.in 6.q.princ.ponunt Mod.repeten.tñ rectè ꝯsiderando ipsorum dicta,nullus illorum casuum põt adaptari in pñti difficultate,ex quo diuersa viget rõ in casu ficto q̃ in vero, itẽ quia dispositio est penalis: ut tradit Bart.in l.si quis maior.C. de transact. & casus verus & fictus non reperiuntur isto casu æquiparati,& dispositio.d.statu.emanãs præter ius cõe limitata est ad certum effectum,& ideo sub ea non cõprehendit iste casus fictus fm Io.Andr.in c.fi.extra de ꝯsuetudine, & per repeten.in d.l.oẽs populi.in 6.q.Bar.in 8.ꝯclusio. Ex quib.concludendum venit pro dicto delicto ipsum D. Aurelium non posse molestari in dicta ciuitate Brixiæ, nec ibi puniri aliqua pœna corporali,nec etiam pecuniaria. Par.Bon.

SVMMARIVM.

1 *Carnaliter cognoscens aliquam an teneatur eam dotare, num. etiam 20.& per totum.*
3 *Pro stupro in virginem quæ sit pœna de iure ciuili.*
4 *Debet esse honestæ vitæ.& seq.*
5 *Et ita intelligitur.l.1.C.de rap.virg.*
5 *Quomodo & ex quibus dicatur viuere non honestè, & seq.*
7 *Palàm fieri dicitur per binum actum.*
8 *Et quæ admisit tres maritos non dicitur honestè viuere.*
9 *Et de ea quæ transiuit ad tertia vota.*
10 *Et quid de istis fanciollastris.*
11 *Et procedunt ista de iure ciuili & canonico.*
12 *Declaratio c.primi & secundi.de adulterijs,extra,num.13.& seq.& nu.20.vt intelligatur in illa,quæ honestè viuit.*
13 *Inhonestè viuentes non debent dotari.& nu.2.*
17 *Limitatio debet esse de regula.*
18 *Referens secundùm relatum intelligitur.*
19 *Vt limitatio procedat,dari debent extrema habilia.*
21 *Cõcessa mulierib.non habent locũ in illis quæ viuunt honestè.*
22 *Corrupta dicitur illa,quæ mente sola corrupta est.*
23 *Stuprans tenetur dotare,quãdo stupratur virginem,non aliàs.*
24 *Ex quibus probatur,quam non esse virginem.& nu.23.*
25 *Coitus probatur per coniecturas.*
26 *Confessio superat omnes probationes.*
27 *Præsumptio transfert onus probandi.& nu.28.*
29 *Vna præsumptio tollit aliam.*
30 *Mulieri asserenti se ab illo fuisse defloratam quando sit credendum,& quo casu.*
31 *Communis opinio hominum operatur.*
32 *Et transfert onus probandi.& nu.33.*

CONSILIVM CLX.

Difficultas vertitur,an Nicolaus teneatur dotare Theodosiam, quam ꝯfessus est carnali
1 ter cognouisse,† & ipsa iureiurando asserit a d.Nicolino fuisse defloratã.& vr̃ primò dicendum ꝙ sic,per text.in c.1. & 2.
2 de adulte.& ibi Abb.& Io.de Ana.post antiq.† Tñ aduertendum est;nam assertum stuprum non dr̃ cõmissum cũ uiolentia,seu rapina,sed uolente ipsa Theodosia & sponte se ꝯferẽte
3 ad domũ dicti Nicolini,vbi ab eo fuit cognita, † & licet fm leges ciuiles pro stupro in virginem ꝯmisso statuta esset pęna, de qua in §.item lex iulia.& uers.sed eadem.insti.de publi.iudi.& per Bal.in l.raptores.C.de epis.& cleri. & per Ana.in d.
4 c.1.& 2.cum sim.† Tñ lex ciuilis tunc demũ punit stuprãtẽ, qñ stuprata fuit virgo,seu vidua honestè uiuẽs.secus aũt si stuprata viuebat inhonestè,ita tex.in d.§.item lex Iulia.& ibi glo.
5 in uerbo viduã.† Prout in simili de rapiente uirginem hr̃ in l. vnica.in prin.C.de raptu virgi.qui tex.disponit,debere eẽ honestæ vitæ.& tenet gl.& Pau.de Ca.in prin. in d.l.raptores. & & d.Io.Baptista de sancto Seueri.in l.si qua illustris.colu.8. & seq.C.ad orfic.& quia ipsa Theodosia antequã fuisset cognita a d.Nicolino,nõ viuebat honestè,ergo &c. Oñditur hoc ulti-
6 mũ,†namq; corporis sui copiam facit & permittit:ut nuda ab hominib.tãgat,& in pudibũdis,& ꝙ osculet passiuè & actiuè, & ulterius ꝙ sola cũ solis ꝯuersetur in cubiculo & alijs locis obscuris,dici nõ põt,ꝙ honestè uiuat:ut not.in d.§.itẽ lex Iulia.&.in l.palam.ff.de ritu nup.& ibi gl.& doct. & tradit Car.
7 ꝯs.81.In casu ꝓmisso.col.1.uers.itẽ dicta lex, † ubi probat, ꝙ
8 palã id dr̃ fieri,qñ per binũ actũ exercetur,† & quia mulier libidinosa & meretrix dr̃,quæ saltim admisit tres. c.vidua. 34.
9 distin.& per Soci.ꝯs.50.Visis.col.3.in 3.vol. † Prout solemus dicere,ꝙ mulier transiens ad tertia vota dr̃ inhonestè uiuere, & pñr priuari debet legato sibi relicto sub illa ꝯdõne, si honestè uixerit,fm Ang.in auct.qũo opor.epis.§.hæc de Deo. & in l.mulier.§.cum ꝓponebat.ff.ad Treb.& per Barbat.cõsil.17. Præclarè scriptum est.col.2.in prin.in 2.uol.& quod uult An
10 ge.in d.l.si qua illustris.† loquens de istis fantolastris modò vnam domum,modò aliam ingredientib. & esto ꝙ ista procedant fm legem ciuilem imponentem pœnam stupranti,si stu-
11 prata esset honestæ uitæ,aliàs secus.† Idem dicendum erit de iure cano.ut carnaliter cognoscens teneatur dotare per dictũ ca.1.& 2. ita demum, si stuprata honestè uixerit, aliàs secus. Quod deducitur:nam tex.in d.c.1.dicit, ꝙ stuprans debet da
12 re dotem,† quam uirgines consueuerunt accipere, sed inhonestè uiuentes non merentur dotem,consequenter tex.ille nõ procedit in ea,quæ viuit inhonestè;ut vr̃ id sentire Host.in sũma de adulterijs. versi quomodo committitur,& Ana. in d.c.
13 2.†& quia mulier inhonestè uiuens nõ debet habere dotem; ut notatur in auctentica si post.C.de inoffi. testamẽ.& per Saly.in l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.& ponit Bal.nouel.ĩ trac. de do. in 6.parte, in 16.priuilegio, car.17. col.2.& 3. & Moder Bono. in eodem trac. in 3.parte, secũdæ partis prin.q.13.
14 †Accedat.nam dictum.c. secundum, loquitur in virgine honestè viuente, ut colligitur ex verbis illius text.ibi, de.l. ciuili erat plectendus.& gl.Innoc. Hosti.& alij scrib.ibi intelligunt illa verba de lege ciuili , ut relationem habeãt ad text. in d.§.
15 item lex Iulia.qui loquitur de ea ,q̃ uiuit honestè. † Et ad idẽ facit tex.in d.c.2.ibi,nos aliquatenus mollientes duriciem legis,scilicet ciuilis,de qua dixerat supra,quæ loquebatur in mu
16 liere honesta.†Ad quod etiam. nã dictum.c.primum,& fm. limitant pœnam iuris ciuilis,ut stuprans de iure canonico te
17 neatur dotare,†licet de iure ciuili esset secus,ut dixi superius, limitatio autem debet esse de regula. l.in his. ff.de legibus.l. pen.§.nam quod liquidæ.ff.de pe. legat.l.1.ff.de regu. iur.regula

gula aūt ſm ius ciuile loquebatur in muliere viuente honeſtè,
18 ut.ſup. pariter & limitatio † Ad quod, nam in c.1.& 2.referuntur leges ciuiles & limitãtur,ꝯñ relatio continetur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus,ſm Bar.i l.ſi quis ſeruũ. §.fi.nu.5.ff.de legatis.2.& in l.1.in prin.ff.de receptato. & in
19 l.1.in fi.ff.ſi familia furt.feciſſ.dica.†Eo ẽt:qa ut limitatio ꝓcedat,oĩa extrema debẽt dari habilia,arg.l.qui teſtó. in princ.
20 ff.de teſt.. & l.furioſum.ff. qui teſt.fac. poſ. † Ex quibus cõcluditur,dictum.c.primum,& ſm, volẽtia, ſtuprantem teneri ad dotandum procedere,qñ ſtuprata erat honeſtæ uitæ,ut etiã
21 ſentit do.Io.Bap.in d.l.ſi qua illuſtris,col. 8.& ſeq.†Ad quod facit illud volens,conceſſa mulieribus non habere locum in illis, quæ luxurioſè, inhoneſtè & impudicè viuunt, ſm gl.in c.
22 paſtoralis,de iud.& ibi Mod.plura cumulãtes.†Prout ẽt:quoniam corrupta nedum dr̃ illa,quæ corpore corrupta eſt, ſed ẽt illa quæ mente:ut hr̃ i c.propoſito,& in c.ſicut.& in c.Paulus & in c.nec ſolus.32.q.5.& per And.de Iſer. in ꝯſt. reg. ſi quis
23 rapere,de rap.virg.col.pe.& fi.¶†Secũdò principaliter aduertendum eſt,ꝙ ſtuprans tenetur dotare,qñ ſtuprauit uirginẽ,ſecus ſi non uirginem; tunc.n.nõ tenetur ad dotem, licet eã cognouerit;ut no.in d.c.1.& 2.& in d.l.ſi qua illuſtris,& qa tempore, quo Nicolinus rẽ veneream habuit cum. d. Theodoſia, ipſa non erat virgo,ſed ab alijs prius cognita,unde &c.deducitʳ hoc vltimum; nam ipſa fatetur,& per alios teſtes probatur, ꝙ anteq̃ Nicolinus eam cognouiſſet, ipſa amicitiam habebat cũ alijs,cum quibus tpe nocturno, & in locis ſecretis ſola ſtabat ĩ lecto,permittens ſe ab ills paſſiuè,& actiuè oſculari,& in pudi
24 bundis tangi,† quæ præſumptiones ſunt vehementes,& tales ꝙ ex eis lex indicium facit, eſſe uerè cognitam; ut in c.literis,
25 & ĩ c.tertio loco,& ibi plenè ſcriben.de proba.† Coitus enim per ꝯiecturas probatur,ut eſt,qñ uir habet acceſſum ad mulierem, qñ ſtat ſolus cum ſola, & per ſimilia, ſm gl.in c. propterea. de teſti. & no.in l.Lucius.ff. de condit. & demon. & per
26 Paul.de Caſtro conſi.165.ſuper primo,co.pe.† Et quia nulla eſt maior probatio q̃ partis propria confeſſio,ſm glo.& doctores in l.cum te.C.de tranſactionib.& in auct.generaliter.C.de
27 non nu.pecu. cum ſimil. † Nec danda eſt fides ipſi Theodoſiæ ad ſui excuſationem dicentis, Nicolinum ipſam defloraſſe nam indicia,& præſumptiones ſuperius adductæ in eam onus probandi transferunt, ꝙ tunc temporis eſſet virgo,aliàs ſi expreſſe id non probat, ꝯ ipſam iudicandum erit; ut in ſimilibus conſuluit Pau. de Caſtro, ad id plura ſatis accomodata adducens , in conſi. 272. Quia per primum, colum. 5.& ſequenti.
28 † Licet enim in dubio mulier præſumatur bonæ, & honeſtæ uitæ,& non deflorata;tñ non procedit iſtud,qñ indicia, coniecturæ,& præſumptiones eſſent in ꝯrium, ut cõſuluit Barthol. Veronenſis conſi.58.Franc.de Biſſar.col.pen.vna enim pſumptio tollit aliam,& debet attendi illa, quæ fortior eſt.d.c.lite-
29 teris,& l.diuus.ff.de in integ.reſti.† Et ad iſta facit, quod uoluit Io.And.Card.Zaba.Panormi.& Io.de Ana.in d.c.2.dicentes, mulieri aſſerenti ſe fuiſſe defloratam uirginem eſſe credẽ
30 dum,qñ fuit cognita per vim,†ſecundùm ẽt Anto.de But.ibi, & iſtè non caſus præſens,ſed qñ fuit cognita ſpontaneè,& uoluntariè,ſm Abba.& Ana. eſſet ẽt ſibi credendum, qñ in ꝯriũ non eſſent coniecturæ, & præſumptiones, & iſto caſu ceſſabit
31 pæna dotationis,de qua agitur.c.1.& 2.†Prout etiam: quia attentis deturpatis moribus Theodoſiæ, & eius mala conſuetudine,& cõſeruatione cum alijs,opinio erat tpe,quo fuit cognita à do.Nicolino, ipſam Theodoſiã fuiſſe uitæ inhoneſtæ, impudicam,& corruptam,quo caſu abſque pæna dotationis potuit cum ea Nicolinus coire,iuxta tradita in c.cum iudex laicus,de ſententia excommunica.lib.6.& per Bart. in l. itẽ apud
32 Labeonem. §.ſi quis virginẽ. ff.de iniurijs.† Et ulterius talis cõis opinio onus probãdi transfert in ipſam Theodoſiã,ut ex-
33 preſsè firmat Cardi.& Abbas in d.c.2. † Et ſtantibus iſtis præſumptionibus, per ipſam Theodoſiam dictæ qualitates honeſtæ,& bonæ uitæ,ac virginitatis probandę erant, ꝙ in ipſa aderant eo tempore,quo à do.Nicolino fuit cognita, ad plenè notata ĩ l.in delictis.§.ſi extraneus. ff.de noxalibus,& per Barth. Veronen.d.conſi.58.cum concordan. Pariſ. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Mandans verberari aliquem, an teneatur pæna capitis, ſi ex verberibus ſequuta fuit poſtmodum mors,nu.etiam.18.*
2 *Mandans videtur cauſa proxima,& ideo tenetur.*
3 *In maleficijs inſpicitur effectus & euentus non animus.*
4 *Verbera & vulnera non dantur ad menſuram.*
5 *Homicidium eſt de genere prohibitorum.*
6 *Qui mandat verberari,dat operam rei illicitæ.*
7 *In delictis mandans & mandatarius an differant.*
8 *In delictis & homicidio,vt puniatur quis capite, dolus verus debet interuenire.*
9 *Et lata culpa non ſufficit,nec dolo æquiparatur.*
10 *Statutum imponens pœnam pro homicidio, vt procedat, debet fieri cum dolo.*
11 *Conſtitutio regni terminum vitæ,dolum requirit.*
12 *Si in homicidio & mandato non interuenit dolus expreſſus, non tenetur pœna capitis.*
13 *Quòd quis non habuerit animum occidendi ex pluribus colligi poteſt;& primò ex genere inſtrumenti,qui percuſſit cum baſtono,& ſimi.nu.14.*
15 *Mandans & mandatarius non puniuntur eadem pœna,quando lex loquitur in perſonam.*
16 *Et idem quando ſunt diuerſæ qualitates.*
17 *Quando quis delinquit in plus,quam voluiſſet,an & qualiter teneatur & puniatur.*
18 *An mandans teneatur de occiſo, ſi mandatarius exceſſit, nu. etiam.21.*
19 *Et quid ſi mandauit vulnerari,& nu.22.*
20 *Et quando eſt in facultate mandatarij non excedere.*
21 *Et an debeat puniri alia pœna arbitraria.*
23 *Conſiſcatio bonorum non venit pro homicidio.*

CONSILIVM CLXI.

Dicendum prima fronte vr̃, Camillũ mandãtẽ debere puniri pęna capitis, & l.Cor. de ſic.toto tit.ff.& C.ad l.Cor.de ſica.& in ꝯſti.reg.terminum
1 vitæ,ſub rubr.de ho.† Nã fuit cã Camillus motiua, & principalis d.homicidij.Bernardinus.n.mãdatarius & occiſor nõ ꝑ
2 cuſſiſſet,nec in ꝯñtiã occidiſſet Antoniũ,†ſi ipſe Camillus nõ mãdaſſet,& ſic fuit cã ꝓxima,& ipſe vr̃ occidiſſe. l.q occidi.
3 §.in hac.ff.ad legẽ Aqui.cũ ꝯcord.† Ad qđ,nã in maleficijs inſpicit̃ euentus,& effectus,qñ ſunt pfecta,& nõ voluntas. l.aut facta.§.euẽtus.ff.de pęnis, cũ ſim & facit doct.Bart.& aliorũ i
4 l.qm̃ multa.C.ad legẽ Iuliã de vi. †Et quia ipſe Camillus debuit ſcire,& cogitare,ꝙ verbera & vulnera non dantur ad mẽſurã,& iſta nõ cogitare vr̃ lata culpa, quæ dolo æquiparat̃, ut not.in l.1.§.1.ff.ſi menſor fal.mod.& in l.qđ Nerua. ff.depoſi-
5 ti.† Prout quia homicidiũ eſt de gñe ꝓhibitorum, & iõ ius pſumit ꝯ occidentẽ vel mandantẽ.l.1.C.ad l.Corne.de ſica.l.ſi
6 non ꝯuicij.C.de iniur.c.1.de pſum.† Et mandando prædicta ipſe Camillus rei illicitæ operã dabat,ꝯñ ei imputandum eſt oẽ, quod inde ſucceſſit. l.eũ qui.§.ſi iniuria. ff.de iniur.& per
7 Bar.in l.reſpiciendũ §.delinquunt.in fi.ff.de pęnis.† Præterea in delictis mãdãs & mãdatari⁹ nõ differũt,& eadẽ pęna debẽt puniri;ut per Bar.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om.iud.& Cano.in c.mulieris,de ſent.excom.cũ ꝯcor.ſed occiſor debet mori,ita & mandãs,& ad pdictorum ꝯfirmationem adduci pñt, quæ tradit Barth.Veron.ꝯſil.34. Si vnquam.in tertio dubio. ¶Sed ipſis non obſtant ꝯrium vr̃ verius,ꝙ Camillus ipſe non teneat̃ pęna mortis.Primò:qa regula & ꝯcluſio eſt, ꝙ in maleficijs,& potiſſimum in homicidio,& quò ad pęnam leg. Cor.
8 de ſica.† vt quis poſſit puniri,interuenire debet dolus expreſſus & verus.l.1.l.in lege.l.qui cędem.ibi,dolo malo.ff.ad leg. Cor.de ſica.& doc.oẽs hoc firmant,& Bar.in l.1.§.non aũt.ff. ſiquis teſt.cũ alijs inferius allegãdis, & in dictis locis traditur
9 alia & vera ꝯcluſio, † ꝙ in tm̃ dolus requiritur, ut lata culpa non ſufficiat,ex quo in pęnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo,ut ſunt apertæ, & plures aliæ deciſ. adductæ in materia homicidij per Bartho.Veronen.conſi.29.col. pen. &
10 conſi.30.31.& 34.† quibus in locis datur alia & 3.concluſio,ꝙ ſi ſtatutum imponit pro homicidio pęnam: ut locum habeat,neceſſe eſt,quòd occidens ſit in uero delicto,ex quo recipit interpretationem à iure communi.l.ſi ſerui ueſtri.C.de noxa.l.1.§.ſublata.ubi Bart.& alij.ff.ad Trebel.& in terminis noſtris tradit Saly.in l.non ideo minus.col.10.& Bald.in l.nõ data opera.col.5.ff.de accuſat.† Ex quibus infertur, quòd dicta
11 conſtitutio regni, terminum uitæ. & eius pœna ut locum habeat,

beat, requirit in occidente seu mādante verū & expressum do lū adesse, ut probant verba.d.ꝯsti.ibi, aggressus, & ibi maligni tate animi, & ibi innocentia ꝯsilij, & apertius istud firmat Andr. de Iser.ibi col.2.uer qđ si voles.& in fi.idē Andr.in tit.de pac. iuro firma.in verbo, homicidiū.circa finē principij ibi, & animo occidendi, & cōprobant ista ex deductis in ꝯsilijs sup. alleg.
12 leg.† Et ex istis infert, ꝙ si in homicidio, uel in mandato non interuenerit dolus expressus occidēdi; qa ille, q̄ pcussit, seu mādauit percuti, non habuerunt animū occidendi, licet ille percussus postmodū mortuus fuerit; tn̄ percutiens seu mandans sine animo occidēdi non tenent̄ pęna.d.l.Corne.text.est ad literā in l.1.C.ad l.Cor.de sica. & istud ibi doct.oēs firmant, & latè cōprobāt, & est tex.in l.1.§.diuus. ibi, occidēdi animo.ff. eo.tit.ubi Bar.& alij expresse istud volūt, & plura ad id adducit
13 cit Barth.Veron.in pallег.consi.† Et ad cognoscēdū ꝙ percutiens seu mandans non habuerit animū occidēdi, poterit ꝯstare ex præsumptionib.& ꝯiecturis verisimilibus, quas ponūt &
14 accōmodāt doctores in locis sup.citatis. † Inter quas illa ꝯiectura cōprobat, ut id cognoscat ex genere instrumenti, quo pcussio facta fuit: ut probat in c.significasti.el 2.ibi, nō rōne instrumenti, extra de homicid.& sequunt ibi doctores, maximè Moder.alleg.cōcord.& firmat Bar.in d.§.diuus, per textū ibi, claua percussit, propriè loquens de percutiente cū bastono, ut propriè consuluit Ale.ꝯs.144.Post redditū, col.fi.in 2.uol. & Barth.Vero.cons.28.& 29.& qa ipse Camillus mandauit percuti Anto.baculo in humeris & brachijs tm̄, prohibendo, ne percuteret in capite, animus suus apertus ostendit, ꝙ non fue-
15 rit in occidendo † Ad qđ ēt: quia mandatarius & mādans nō debent puniri eadē pęna, qn̄ lex imponens pęnā loquit personaliter, & in personā: ut est doctrina Bar. & aliorū allegantiū ꝯcord. in d.l.si quis id qđ, & volunt Cano. in d.c.mulieres, & bene per Ale.ꝯs.59.In nomine, in 4.uol.& Ang.Aret.in tract. malefi.in verbo, Semproniū mandatorē, & maximè qn̄ sumus in statuto, & ita loquitur d.cōst.reg.terminū uitæ.ibi, occidit.
16 †Prout eadē pęna nō puniunt, qn̄ sunt diuersę qualitates nō ex natura personarū sed aliunde, ſm Bar. in l.is qui opē.ff.de furtis, & in l.uerū.ff.ad legē Pōpe.de parrici.& hr̄ in ꝯsil.Bar. Vero.36.in casu isto, col.pen. Demum prædictis accedat doctri.Bar.in l.diuus.ff.ad legē Corne.de sicar.in fine, ubi q̄rendo, qn̄ quis deliquit in plus q̄ uoluisset, an & qualiter teneat,
17 distinguit, ꝙ si delictum principaliter fieri propositū non tēdebat ad aliā speciē delicti, qđ postmodum fuit patratū, non tenetur, per.l.uerum.ff.de furt.ubi Bar.in princ. idem tenet, & ita limitat nota. in d.l. qm̄ multa. ex quibus colligitur in d.l. ꝯsiderari animum & non euentum, qn̄ deliquit in plus, incidendo ppea in aliā speciē delicti, & hæc doctrina cōprobatur ex multis deductis per Bart.Veron.ꝯsi.30.31.& 36.& qa Camillus habuit animum tm̄ verberandi ī humeris & brachijs. ppqđ inducebat vna species delicti, si domi.Bernardinus mādatarius excessit, & plus operatus est, id nō debet imputari Camillo; cum per talem excessum deuentum fuerit ad aliam speciem delicti, & sic ad homicidium, quo casu nō consideratur euentus sed animus. Et ex istis tolluntur ea, quæ superius in ꝯ-
18 rium fuere adducta. ¶†Nā & ulterius ad hanc sententiā facit qm̄ si quis mandat alicui, ut aliquem tm̄ vulneret, expresse ꝓhibens ne illū occidat, si mandatarius excessit fines mandati vulnerando & occidēdo, an mandans teneatur de occiso, q̄st. ista in terminis ponitur ꝯsilio inserto in ꝯsilijs Barth. Veron. qđ est do. Antonij Roselli & aliorū doctorū in ordine.35.36. 37.&38.ubi illi doc.ex plurib.ꝯcludūt, ꝙ dictus mandans solū vulnerari, non tenetur de occiso, nec pœna mortis, & esto ꝙ Bartho.Veron.in ꝯsi. suo.34.in tertio dubio videatur tene-
19 re ꝯtrium eo casu, quo mandauit uulnerari, & nō occidi. † Tn̄ rōnes suæ ibidem allegatæ minimè ꝯcludūt in casu nr̄o, ī quo ipse Camillus mandauit percuti baculo in humeris & spatulis & ideo non tenetur de occiso, si mandatarius excessit, ſm Bal. in d.l.non ideo minus, col.pe.uersi.itē quæro, quē refert & sequitur Ang.Aret.in tract.maleficio.in uerbo Sēpronium mandatorem.q.18.ꝯcludentes, ꝙ qn̄ in delictis est in potestate mādatarij non excedere fines mandati, si mandatarius excessit, mā-
20 dans non tenetur de excessu, † & in casu nr̄o ī potestate mādatarij erat nō excedere, unde &c.& bene facit, qđ voluit Pau. de Cast.ꝯs.89. In cā, & Ang.in additio. ad Ang. de maleficijs, in verbo Andream auxiliatorem, colu.5.uers.ulti.in hac materia
21 & in vers.dictus Andreas, uers.intellige tn̄.† Præterea, qn̄ q̄s aliquē mādat pcuti bastone, si mādatarius taliter pcussit, ꝙ percussus mortuus est, mādās nō tenet pęna mortis, ſm Bal.in l. si mādati.C.mād.quē referūt & sequunt Mod.allegātes ꝯcor. in l.1.C.de ser.fug.col.7. & iō puniēdus erit alia pęna arbitraria & nō corporali, ut ꝯcludūt Doct. in ꝯs.& locis sup.citatis.
22 Et † ex istis tollunt ea, q̄ dnr̄ p Bart.Vero.in d.ꝯs.34.in 3.du-
23 bio.† Nec isto casu venit publicatio bonorū ipsius Camilli, p tex.ī auth.bona dāna. C.de bo.dā.& tradūt oēs ī l.is cui.ff.de testa.& ī l.2.C.q testa.face.pos. & p Ab.ī c.veritatis, de dol.& ꝯtum.cū si.ꝙ qđ ē ꝓcedit & de iure reg. vt tradit And.de Iser. in tit.de pac.iur.firm.in ver.homicidiū, circa princi. Parisius.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum de substantia debet continere præsentiam & descriptionem testium.*
2 *Et sine testibus non probat.*
3 *Et ad minus debent esse duo testes.*
4 *Duo testes descripti in instrumento sunt numerarij & necessarij, & per eos instrumentum potest redargui de falso.*
5 *Et contra instrumentum recipitur probatio in oppositum, rem fuisse aliter gestam, & hoc probato non meretur executionē.*
6 *Instrumentum falsum non est instrumentum.*
Falsum quid sit.
7 *Et isto casu contra instrumentum recipitur probatio, etiam si aliàs esset prohibita.*
8 *Et potest id fieri etiam per vnum testem necessarium.*
9 *Asserere negatiuam videtur habere suspicionem falsi.*
10 *Tamen potest negatiua probari in pluribus casibus, & maximè quando est coarctata loco & tempore.*
11 *Et probatur per contestes.*
12 *Debent tamen testes formiter concludere, vt eam probent, nu. etiam 13.*
14 *Satis probatur, quando deponunt taliter, quod verisimile est, eis esse cognitum, quod dicunt.*
15 *Prout sufficit, si dicatur, audiui: quia fui præsens.*
16 *Et probantes negatiuam debent esse contestes.*
17 *Testes concordantes in facto principali dicuntur contestes, licet discordent in circunstantijs.*
18 *Et reducendi sunt ad concordiam.*
19 *Et eorum dicta possunt comprobari per scripturas priuatas.*
20 *Instrumentum potest comprobari per contestes.*
21 *Quibus testibus magis credatur deponentibus pro instrumento, an deponentibus contra illud.*
22 *Attendi debet tēpus conclusionis cōtractus, & ipsa cōclusio.*
23 *Et non ea quæ per partes dicuntur antè, seu post.*
24 *Testes coadiuuantes instrumentum debent esse sufficientes numero & contestes.*
25 *Substantiale fideiussionis est obligatio principalis.*
Falsitas in substantia consideratur.
26 *Fideiussor solùm tenetur pro illo, pro quo intercedit & non pro alio.*
27 *Et teneri non potest, quando non consentit.*
28 *Et protestatio declarat consensum non adhiberi.*
29 *Fideiussor accedens conditionaliter, non tenetur, si conditio non adimpletur.*
30 *Falsitas tunc consideratur, quando est nociua.*
31 *Notarius falsarius potest condemnari.*
32 *Et torqueri ad veritatem habendam.*
33 *Et maximè si solitus est aliàs falsum committere.*
34 *Suspicio de falso habetur pro veritate.*

CONSILIVM LXII.

1 Instrumētū †Inter alias solēnitates hr̄e dēt p̄ntiā & descriptionē testiū.§.sed si instrā, in auth.de instr.caut.& fi. in §.si verò absunt, in auth.de hære. &
2 Falci.& p gl.in l.gn̄ali.C.de tabula.lib.10† Hinc est, ꝙ sine testib.nō ꝓbat.l.donationib.C.de dona.& per Imo.& alios in c.qm̄ ꝯ.de ꝓba.& per Lap.alleg.81.† Et ad minus duos testes
3 requiruntur ſm glo.in uer.alliciatur, in d.§.& si instrā. per l. vbi numerus.ff.de testibus. ex quibus infertur, ꝙ duo testes præsentes & descripti in instr̄o sunt numerarij & necessarij.

4 †Et per tales instr̃m pôt reprobari & de falso redargui, per tex. in c. tã lr̃is, in fi. de test. & not. in c. tertio loco, de proba. & per Bar. & alios in l. 1. ff. quẽad. testa. ape. & p doct. ĩ l. in exercẽdis.
5 C. de fi. instr. p Imo. & alios oẽs in c. cũ Ioan. hære. eo. tit. †Cõtra. n. instr̃m recipitur ꝓbatio, maximè qñ p testes instrumẽtarios & necessarios ↄ̃stat, rẽ aliter fuisse gestã, & hoc ↄ̃stito ĩstr̃m tanq̃ suspectũ nõ meret executionem, ut tradit in iur. & legi. s̃. citatis & bonus text. & ibi plenè doct. in l. fi. C. de edict. diui.
6 & per Soci. ↄ̃s. 171. Cũ tale, in 2. uol. † Et qa tale instr̃m falsum nõ pôt dici instr̃m, per. l. Paulus. ff. de re iudi. & falsũ dr̃ cũ ueritas mutat. l. quid sit. & ibi Bar. & alij. ff. de fal. & p gl. & alios
7 in auct. de instr. caute. † Et eo magis, qñ testes dicũt illud falsò fabricatũ & rẽ aliter gestã, q̃ in eo sit scriptũ, quo casu recipit ꝓbatio, ẽt si aliàs esset prohibita, f̃m Bar. & Bal. ĩ l. diuus. ff. de mil. testa. & plenè per Fely. in d. c. cũ Io. col. 7. uer. sed numerat.
8 † Et procedunt ista nõ solũ, qñ oẽs testes numerarij & necessarij ↄ̃dicunt, sed ẽt si vnus ex eis id attestatur, nã facit in str̃m uacillare; ut per Bart. & Imo. in d. l. 1. §. si quis neget. per Ant. de But. & Fely. post alios in d. c. cũ Ioannes, col. 9. asserentẽ hanc esse cõem. pro qua est ↄ̃si. Pau. de Ca. mihi. 163. Et ꝙ testes instrumentarij deponant, rẽ aliter gestã deducitur; nã licet
9 videant asserere negatiuã † rerũ natura ĩprobabilẽ. l. actor. C. de proba. c. bonæ el. 1. de elect. & ↄ̃nr deponentes negatiuã uideantur suspecti de falso: ut hr̃ in c. cũ eccl'a sutrina. de cau.
10 pos. & proprie. & in d. c. tertio loco, cũ simi. † Tñ plurib. in casib. pôt negatiua ꝓbari, & testes de ea deponentes nõ redduntur suspecti, inter quos casus ille modus & p̃cipuus & frequẽtatus est, qñ negatiua probat coarctata quò ad locũ & tps, f̃m gl. in c. clerici. 81. disti. & hr̃ in l. optimã. C. de ↄ̃hẽ. stipu. & in §. itẽ verborũ. insti. de inu. sti. per gl. & alios in l. Pãtonius. §.
11 rei perduellionis. ff. de acq. hær. cũ ↄcor. † Et quia duo testes deponũt hãc negatiuã loco & tpe coarctatã, eorũ depositio ua-
12 lida est. † Nec obstat, si dicatur, ꝙ nõ ↄcludunt, ex quo potuit esse, ꝙ G. principalis fuisset noĩatus, & ipsi testes id intelligere nõ potuissent; ut dicit gl. in §. si uerò absunt. iu auct. de here. & falc. gl. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de iti. act. priu. tex. in c. ex tenore. de testi. Alex. ↄ̃s. 156. Viso. in 5. uol. Areti. ↄ̃si. 70. Diligenter. col. 3. & 5. cũ simili. nã dicti testes formiter & ↄcludenter deponũt, dũ asserũt, ꝙ domi. G. dicto loco & tpe nunquã fuit nominatus, & ꝙ impossibile erat, ipsũ fuisse nominatũ, quin nõ audissent, ex quo stabant attẽti, & sic deponũt f̃m terminos iuris
13 & probant, ut. s̃. † Et ex hoc tollit doctr. Bal. in l. presbi. la. 1.
14 C. de epis. & cle. & Imo. in d. c. cũ Io. † Ad qđ ẽt; nã qñ testis deponit taliter, ꝙ verisimile est, faciliter id, qđ dicit, esse sibi cognitũ: tũc ẽt in probatione negatiuę non est opus, ꝙ dicat, nec potuisset aliter fieri, uel dici, quin audiuisset, sed satis est, ꝙ implicitè seu explicitè dicat, se fuisse p̃ñtem, & non audiuisse, ita firmãt Bal. & Are. in d. c. tertio loco. col. 2. uers. sed ad primũ. allegantes tex. in §. hinc nobis. ĩ fi. in auc. de hær. & fal. & Abb.
15 ita intelligit. d. c. Fely. ibi col. pe. † Ad q̃ bñ facit, qđ uult. Aret. in c. cũ cãm. col. 6. circa fi. de testi. ubi citãdo tex. in d. §. si verò absunt. & Bar. in d. l. 1. in fi. quemad. testa. aperi. dicit satis esse, ꝙ testis dicat, non audiui, qñ simpliciter id nõ dicit, sed ultra procedit dicendo: quia fui p̃sens in loco, nec requiritur, ꝙ dicat, nec potuisse dici, quòd non audiuissem, & dato ꝙ hoc potuisset fugere sensum testis; tñ quia coarctata est loco & tpe, & testis stabat attentus ad diẽ & horã, bene probat pp magnam
16 concomitationem. † Et quia in casu isto sunt ↄtestes, nõ possunt argui de singularitate; ut post alios dicunt Mod. ĩ d. c. cũ Io. col. 9. uers. 2. limita. Nec obstabat, si dicatur, ꝙ testes p̃dicti
17 in aliquibus videntur uarij, discordes & ↄ̃rij. † Nam ex quo cõcordant in facto principali, licet discordent in circunstantijs ex hoc nõ dicunt uarij; ut plenissimè post Bal. dicũt Modern. allegantes plures decisio. in l. 2. C. de bono. pos. sec. tab. & ↄsu-
18 luit. Soci. cons. 244. & ↄ̃si. 263. in 2. uol. † Et quia de plano oĩa possunt ad concordiam reduci, & cessabit varietas, ad no. in c. cum tu. de testi. & in l. si arbiter. ff. de proba. & per oẽs in l. 2. §.
19 pen. ff. si cer. pet. & in l. qui ante calendas. ff. de uer. ob. † Et ista falsitas pôt cõprobari ex illa cedula scripta, & subscripta p dictos tpe ↄ̃ctus, & notario præsente, ex qua patet, ꝙ d. G. nunq̃ fuit nominatus, quę cedula bene probat: cum fuerit recognita. l. iubemus. C. de testa. & diffusè per Bar. & alios in l. admo
20 nẽdi. ff. de iur. iu. cũ. si. † Nec obstat, si dicat, instr̃m coadiuua
21 ri dictis aliorum testiũ, p quos vr̃ tolli suspicio falsi, ut firmãt doc. in d. c. cũ Ioan. & Saly. in d. l. in exercendis. † Nã vnus ipsorũ est ꝑsoneta, & nihil deponit circa tps, quo ↄ̃ctus fuit ↄclusus, & dictũ alterius testis ↄfundit pp depositionẽ aliorũ testiũ instrumẽtariorũ impugnantiũ instr̃m, quibus pluribus numero, idoneiorib. ad præsentem effectũ magis est credẽdum, f̃m Ang. & Imo. in d. l. 1. §. si quis neget, & Fely. in d. c. cũ Ioannes,
22 col. pe. uer. limi. secundò. † Prout ẽt: qa dictus testis nõ ↄcludit, ꝙ illo tpe. d. G. fuit nominatus, ex quo debet attẽdi tps cõclusionis ↄ̃ctus, & ipsa ↄclusio, & nõ illa q̃ dicunt ante p ipsas partes volentes ↄ̃here, f̃m Saly. in d. l. in exercendis, col. pen. &
23 Fely. in d. c. cũ Ioannes, col. pen. uersi. secũdò intellige. † Et qa multa dicunt ante, & post ↄ̃ctũ, in q b. non fit ↄclusio, ↄ̃nr non
24 attendunt, f̃m Abb. & alios citatos p Dec. ↄ̃s. 9. † Prout ẽt: quia ipsi testes coadiuuantes instr̃m nõ sunt sufficiẽtes numero, & ideo ruit ipsorũ depositio f̃m Imo. & alios in d. c. cũ Ioannes. & ibi Fely. col. pen. uer. 3. intellige. Nec obstat, si dicat, ꝙ hic nõ fuisset cõmissa falsitas, ex quo notarius, se retulit ad obligationẽ factã heri, nec declarauit, q s esset principalis obligatus.
25 † Nã obiectio cessat, ex quo iste volebat certificari de obligatione facta heri, & notarius respondit, ego certifico uos, p quæ verba nihil certi exprimitur de persona obligata, nec de modo obligationis, & sic deficit illud, quod erat de substãtia ipsius: cum iste veniret accessoriè tãquam fideiussor; & cum notarius istud substantiale omiserit, non caret suspicione, ut allegando decisiones firmat Soc. consi. 97. col. 2. in 1. uol. ad quod etiam quia iste dicit uelle certificari, & protestatus fuit, ꝙ nolebat fideiubere nisi pro illis trib. nec unq̃ fuit nominatus. d. G. quo
26 casu eius obligationi non accessit, nec consensit † Fideiussor enim solùm tenetur, pro quo se obligat, & nõ pro altero. l. grecè. §. si quis stichum. ibi, sed quia in alia, & in l. hæres. §. seruo tuo. ff. de fideiuss. & probatur in l. blanditus. C. eo. & in l. 5. §.
27 satis acceptio. ff. de uerb. ob. † Et quia respectu. d. G. defecit cõsensus, ad not. in l. 1. ff. de pac. & in l. ↄsensu. ff. de act. & obli. cũ
28 uulg. † Et quia ipse protestatus est, ꝙ nolebat f̃m Bar. & alios in l. ita stipulatus. in 1. oppo. ff. de verb. obl. & diffusè per oẽs in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. nou. nunc. & in c. cũ. M. de consti. & in c. solicitudinem. de appel. & in l. qui in aliena. ff. de ac-
29 qui. her. † Prout ẽt: quia iste Ioannes accessit obligationi factę heri conditionaliter, si illi tres nominati releuarẽt ipsum indẽnem, pro quibus tribus tm̃, & non pro alio vr̃ accessisse, & conditionaliter, quæ conditio non fuit adimpleta, & ideo ea deficiente ruit dispositio. l. Arethusa. ubi Bal. ff. de stat. homi. l. qui hæredi. §. fin. ff. de condi. & demon. per Bar. in l. 1. ff. de cõdi. &
30 demon. Lap. allega. 119. Alex. ↄ̃si. 26. in 4. uol. † Minus obstat si dicatur, ꝙ ista falsitas non est punibilis, ex quo est nociua ipsi Ioanni, iuxta nota. in l. damus. C. de fal. nam satis est nociua, ergo punibilis, ut ibidem no. & ff. C. & extra de fals. per totum, & ꝙ sit nociua deducitur: qm̃ iste nõ accessit pro. G. & illi tres ꝓmittentes indemnitatem pro cessione facta. G. non tenentur, nec sunt obligati, ergo valde nociua, prout ẽt: quia facilius quis obligat se pro uno nobili, & cognito, q̃ pro incognito & ignobili, ut experientia docet. c. ubi periculum. de elec. in 6. & quia noluit accedere pro. d. G. nec consensit, ut deductum est.
31 † Et stante. d. falsitate notarius puniendus venit. l. qui sententiam. C. de pęn. cum si. Sequi. n. pôt condemnatio f̃m Areti. in d. c. tertio loco. col. 3. & 4. & Fely. ibi col. fin. & in c. quia uerisi
32 mile. de præsum. & nota. ĩ l. 1. ff. si cert. pet. † Et ad magis eruẽdam veritatem poterit ipse notarius torqueri f̃m Saly. in d. l. in exercendis. col. 4. & Fely. in d. c. cum Ioan. col. 17. uersi. 6. &
33 vltimò. † Eo magis: quia inculpatus alias falsitates commisisse, ut tradit Alex. consil. 63. In cã accusationis, in 3. uol. ubi plura adducit circa delictum falsitatis, & ut ex indicijs adhibea-
34 tur tortura f̃m Aret. in d. c. tertio loco. † Et quia suspicio de falso habetur pro ueritate, f̃m Archy. & Gem. in c. in memoriam. col. fi. 19. dist. & ibi Mod. per tex. in l. pen. C. de proba. cũ alijs concor. de quo aliàs diximus. Parisius.

SVMMARIVM.

1 *Crimen sodomiticũ & contra naturam nefandũ & punibile est.*
2 *Et nedum punibile, quando consumatum extitit, sed etiam quãdo fuit attentatum per actus propinquos.*
Actus propinqui ad uenerem, sunt oscula, amplexus, & tactus membrorum.
3 *Et præparatoria sunt ad tale crimen et punibilia.*
4 *Actus uenereus nedũ dicitur, si actualiter ĩ eo quis se exerceat, verùm*

rùm si inueniatur in præludijs, dicetur illum committere.

5 *Delictum nedum est improperandum, verùm probandum necessariò est.*

6 *Ad probandum crimen & delictum minor annis decem non est idoneus testis.*

7 *Minor ætas in criminalibus non est apta ad testimonium.*

8 *Socius & particeps criminis non est idoneus testis.*

9 *Testis singularis nullam facit fidem.*

10 *Non est verosimile, quòd quis voluerit subagitare minorem decem anno.*

Valet argumentum à verosimili.

In dubio præsumendum est licito amore puerum deosculari.

Crimen sodomiticum, an probetur dicto illius asserentis fuisse subagitatum, per totum consilium.

11 *Indicium probandum est per duos contestes.*

12 *Non præcedentibus indicijs quis minimè torquendus est.*

13 *A tortura non est inchoandum.*

14 *Sola denunciatio maleficij non est sufficiens ad torturam.*

15 *Torturam præcedere debent indicia clara & legitima.*

16 *Bona opinio & fama inquisiti satis illi prodest ad purgandum contra ipsum opposita.*

17 *Et propter bonam & optimam famam corruit inquisitio.*

18 *Per testimonium participis criminis tantùm inquisitio est formanda.*

19 *Fuga & discessus purgatur per bonam famam.*

20 *Fuga quando faciat indicium.*

21 *Inquisitio non præcedente inculpatione & infamia non est formanda.*

22 *Et quando inquisitio inepta est, omne quod ex ea subsecutum fuit, nullum redditur.*

23 *Inquisitione reddita nulla, sequi non potest condemnatio.*

24 *Indebitè tortus & confessus condemnandus non est: nam cõfessio & successiuè ratificatio facta in tortura non præcedentibus indicijs confitenti in nullo nocent.*

CONSILIVM CLXIII.

1 Quam sit detestabile, † ac punibile nefandũ hoc crimen ꝯ naturã & sodomiticũ, apertissimè ꝯstat
p l.cũ uir.C.de adult.& in auct.ut nõ luxu.ꝯ natur.& institut.
de publi.iudi.§.itẽ lex Iulia,& vtrobique p doct.citantes similes & ꝯcor.ll.tradit' ẽt in c.clerici.de exces. præl. & in c.Hagitia.22.q.7.& copiose p Andr.Barb.ꝯsi.64.Scribit' lib. Ester.in
1.uol.in calce cuius hr̃ quæstio disputata super eodẽ crimine
p do.Ana.plat.Mediolan.& alia deducit Lau. Calc.consi.109.
2 Quia cã ista,& alibi pluries p doct.tũ legẽdo tũ ꝯsulendo.† Et
nedũ crimen istud punibile reddit',qñ ꝯsumatũ & pfectũ extitit,verùm ẽt punibile existit,qñ ꝯsumatũ nõ fuit,sed solũ attẽtatũ,dũmodo ꝙ peruẽtũ fuerit ad actum propinquum, exẽpli
gratia ad oscula & basia, amplexus & tactus membrorũ inhonestorum: cum sit crimen atrocissimum & grauissimũ, ut ꝓbat tex.in l.1.in prin.& ibi gl.de ijtis præce. ad uenerẽ loquẽs,
& apertius in puero ea.l.§. qui puero.ff.de extraor. crimi. ubi
Bar.& alij doct.istud apertè firmant;ut etiã faciunt Cy. Bal.&
alij in l.si quis non dicam rapere. C.de epis.& cler. cũ alijs ad
plenum cumulatis per Fely. in c.1. de præsum. & in suo trac.
an & quando sufficiat conatus,& per Moder.Bono. in l.is qui
cum telo.ff.ad leg.Cor.de sica. & in l.qui fal. ff.de fal.& in ꝯs.
105.nu.14.19.31.& alijs,& ad terminos propriè nr̃os est am-
3 pla decisi.ꝯsi. Neap.276. Serenissime Rex. † Sunt etenim ista
præparatoria ad actum illum scelestissimum venereũ, & ad illum propinqua, per quæ actus ille probat', ꝯñr & punienda.c.
1.§.1.titulo quibus mod.feu.ami. & per Bal.in c.tuæ. uers.q d
si, de procu.& tradũt Moder.in rubr.C.de eden.gl. Bar.& alij
4 in d.l.1. & in l.capite. 5. ff.de adulte. † Actus.n.venereus non
tm̃ dr̃, si actualiter quis in illo reperiatur ĩ dictis præludijs ad
uenerem,ßm Bar.in d.l.1.& eundẽ post gl. in d.l.capite. 5.& ĩ
l.quod ait lex.eod.tit.cũ alijs cumu. per Moder.Bono.in l.patre vel marito. col.1.nu.3.ff.de quæst. & per eosdẽ in l.vnica.
col.1.nu.1.C.de rap.virg.& qm̃ istum Io.Baptistã asseritur Camillum filium Martini pluries fuisse deosculatum & amplexatum & mẽbrum virile tetigisse,ac pluries cũ eo dormisse,ꝯcludendũ sequit', eundẽ tale crimẽ ꝯ naturã cõmisisse, seu saltim
attẽtasse & peruenisse ad actus propinquos,ꝯñt omni capite considerato esse puniendum & plectendũ, iuribus & decisi.superius adductis,potissimum cum e ciuitate Mediolani,vbi morã
trahebat,successiuè discesserit.¶Quibus minimè obstan. ꝯsiderata facti ꝯtingentia.d.Io. Baptista a tali suspicione & inculpatione omni mõ venit absoluendus & liberandus;procederẽt.
n.superius dicta,qñ de tali crimine & alijs attentatis legitimè
ꝯstaret,verũ cum in præsenti istud minimè ꝯstare possit,neces-
5 sariò sequi debet absolutio.†Nõ.n.sufficit imputari crimẽ,sed
necessariũ est illud probari & legitimè,quo nõ docto sequi debet absolutio.l.qui accusare. C. de eden. l.ei qui.ff.de proba.l.
6 actor.C.eod.l.j.ff.si quadru.pau.feci. dica.†Nec ad probandũ
tale crimen seu attentationẽ ipsius sufficiens, & idoneũ erit testimoniũ & assertio do.Camilli ex pluribus : tum quia minor
annis decẽ.l.testiũ.ff.de testi. & in §.testes.4.qõ.3.& per Alex.
ꝯs.64.Viso,col.j.& consi.99.In causa.col.ult.in j.uol.& in proprijs terminis tradunt Mod.Bono.consi.28.In causa.col.pen.
nu.3.& seq.& in eorum practica criminali,in verbo diligẽter.
7 nu.80.fol.17.†Tum quoque: qm̃ versamur in causis criminalibus & atrocissimis,& talis ętas non est apta ad testimoniũ: vt
per illum tex.tradit Ang.in auct.de testib. §.j. cum alijs adductis p Mod.in l.de minore.in prin.col.8.ff.de qõ. & per eosdẽ
in d.ꝯsi.28.col.pen.nu.15.tum ẽt quia iste Camillus minor socius est & particeps criminis,& ideo minimè idoneus. l.j.§.diuus Ant.de qõ.l.qm̃.ubi Bar.& Sal.C.de testi. per Mod.in ca.
veniens.extra eodẽ tit.ac ẽt per Mod.alios in d.§.diuus Ant.&
in d.ꝯs.28.col.pen.nu.16.ubi in proprijs terminis loquũtur,
& alia deducunt,maximè nu.17.& num.18. firmantes ipsum
8 †Camillum participẽ criminis ita deponentẽ,ẽt si maior esset,
& ætate idoneus, non facere indiciũ aliquod ad torturam, ex
quo reperitur infamis,& detegit turpitudinẽ suam,citant iura
& decis.ut per eos,ut ẽt tradunt ꝯs.18.nu.5.& cõs. 22.nu.38.
9 †Tum quoque: qm̃ singularis est,& nullã prorsus facit fidẽ.c.
bonæ.de elec.c.licet cãm.vbi scrib. de prob.l. ob carmen.§.fi.
10 ff.de testi.†Et eo ẽt: qm̃ considerata ætate p̃dicti Camilli nulla cadit verosimilitudo, ẽt si fuerit ipsum amplexatus & osculatus,ꝙ animum habuerit ipsum subagitandi,quod argm̃ recipiendũ est.l.fi.ff.qđ me.cau.l.nuptura.in fi.ff.de iu.do.c. quia
verisimile.vbi Fel.post alios de p̃sum. & capienda potius est illa ꝯiectura,ꝙ licito amore & beneuolentia tales actus fecerit,
arg.l.meritò.ff.pro soc.& ßm gl.in c.absit.11.q.3.& Abb.in c.
1.in fi.de cle.non resi.& Mod.in c. quanto. col. fi.de p̃sum.cũ
si.& alter filius. d. Martini ætatis annorũ octo deponens seipsum a d.Io. Baptista fuisse pluries deosculatum & amplexatũ,
nullũ indiciũ, nec fidem aliq̃ facit rõnibus & causis deductis
11 superius ꝯ Camillũ eius fratrẽ. † Et qm̃ singulares redduntur
minimè ipsos facere aliquod indiciũ ꝯ Io. Baptistã. nam indicium quodlibet per duos ꝯtestes,& idoneos probandũ est,ßm
gl.vulgatã in l.fi.C.famil.ercis. quã ibi exclamat Bar. & in l.fi.
ff.de qõ.cum alijs cumu.per Mod.Bono.consi. 8. In cã.col.4.
12 nu.9.†Et non p̃cedentib.indicijs ipse Io.Baptista minimè venit torquendus. l.si quis alicui,vbi gl.Cy.Bal.& Sal.notant.C.
ad l.Iul.maie.& Ang.in l.fallaciter.in fine.C.de aboli.& Ang.
Aret.in tracta. malefic. in ver. *che hai tradita la tua patria.* in
13 prin.†Nam a tortura minimè est inchoandũ.l.j.C. de exec.rei
14 iud.l.j.in prin.vbi Mod.alia adducunt. ff.de qõ.†& sola denũciatio maleficij & delicti non facit indicium sufficiens ad torturam ꝯ denunciatos,ut per illũ tex. dicit Bar.in l. diuus.in 3.
q.ff.de cust.reo.& Sal.in l.ea quidẽ. C. de accu. Alex.citatus p
15 Mod.Bono.consi.6.In cã.col.fi.nu.9.† Vt.n. ad torturã procedi possit, debent esse indicia clara & legitimè probata & a iure
ad id approbata,ßm Bal.consi.229. Verba inquisitionis.col.2.
in 3.vol.argõ leg.fi.C.de proba.& aliorũ adductorum per Mo
16 der.Bono.consi.20.Maturè, circa princ.†Et potissimum cum
satis appareat probata bona fama, uita, & conuersatio ipsius
Io.Baptistæ,quæ omnẽ aliam malã famam,si appareret, ꝙ huiusque minimè doctum est,habet purgare: ut dicit Bal.in l.fi.
col.7.ff.de fer. per tex.in l.non omnis.§.à barbaris. ff.de re mili.cum alijs alleg.per Fel.in c.cũ contingat.col.2.de rescrip.&
per Mod.Bon.consi. 15. Magnifice.col.5.nu.10. & consi.18.
nu.40. & alibi pluries, & stante eius optima & bona fama ac
17 vita,†corruere dẽt oĩs inquisitio ꝯ ipsum formata, ßm Raph.
Cum.consi.135.Ad primũ.col.2.& dictos Mod. Bon.ꝯs.135.
18 In p̃nti.col.pe.nu.12. † Eo magis: cũ p solã assertionẽ,& testimoniũ.d. Camilli, & alterius fratris impuberũ & inhabiliũ ꝯ

ipsum Io. Baptistã inquisitio de iure formanda non erat; ut tradit Fulg. consi. 136. In cã. col. fi. & cõsi. 107. super eo. colu. 4. & Deci. consi. 189. Lętatus. col. 5. & d. Mod. con. 78. Lecta. col. 4.
19 nu. 17. † Nec. d. Io. Baptistę imputari potest discessus a ciuitate Mediolani: non. n. põt nominari fuga, ita ut inde tanquam fugitiuus discesserit; cum verè Romam profecturus esset, nec pp suspitionem & infamiam alicuius criminis inde discesserit, & optima vita & bona fama oẽm purgat discessum & fugã ac absentiã: cũ alia de cã Romã profecturus inde discesserit, ut tradit Arch. in c. decernimus. 3. q. 9. & Frã. Bru. in tract. de indi. & tortu. fol. 30. col. 2. in fi. & d. Mod. ꝯsi. 2. Circa hanc. colu.
20 8. nu. 38. † Vbi nu. præce. citantes quamplures decis. dicũt, fugã non facere ĩdiciũ ad torturã, qñ alia de cã discessit, & de crimine minimè erat ĩculpatus, & nõ p̃cedẽte ĩculpatione & infa
21 mia, † nõ potuit ꝯ ipsum formari inquisitio. c. qualiter & qñ. il. 2. de accu. c. 1. & 2. eo. ti. li. 6. cũ alijs cumu. p d. Mod. ꝯsi. 40.
22 Scribit. col. 2. nu. 7. † Et cũ inquisitio casu, quo fieret, esset inepta, & de iure nõ faciẽda nec recipiẽda, infert. oẽ, qđ ex ea subsequutũ fuit, fuisse & esse ipso iure nullũ, ſm Ang. ꝯsi. 178. Vi
23 sis, & dictos Mod. ꝯsi. 128. Plura. col. 2. nu. 8. & 9. † Et ex ea inualida nulla põt sequi ꝯdẽnatio, argu. l. cũ principalis. de reg. iu. & per eosdẽ Mod. ꝯsi. 24. Viso, col. 5. nu. 29. Hinc etiam seq
24 tur, ꝙ si ipse Io. Baptista veniret torquendus, † Et in torturam aliquid ꝯfiteretur, talis ꝯfessio nulla erit, nec in aliquo sibi haberet p̃iudicare tanq̃ facta & emanata nõ p̃ce. indicijs. etiam si post modũ ab ipso fuisset ratificata, ſm gl. in l. pe. ff. de q̃st. & Barto. ibi, cũ alijs plenè cumu. p. d. Mod. ꝯsi. 8. In cã. col. 5. nu. 13. & ꝯsi. 18. num. 8. & ꝯsi. 12. nu. 39. & alibi pluries. ex quib. solida resultat ꝯclusio, nõ obstã. adductis superius in oppositũ lõgè diuerso casu loquentib. & locũ sibi vedicantib. ipsum Io. Baptistã a p̃tensa infamia delicti omnimodo eẽ absoluẽdũ, & in aliquo ẽt minimo non posse ꝯdemnari, & ꝯ ipsum p̃dictorũ occasione nõ posse ꝓcedi, nec inquiri, nec ad torturã deueniri.

SVMMARIVM.

1 *Capitalis inimicus nõ recipitur in testẽ, nec receptus fidẽ facit.*
2 *Pauper non est idoneus testis.*
3 *Minor quatuordecim annis ĩ cã criminali nõ est idoneus testis.*
4 *Consanguineus in eadem causa non est idoneus.*
5 *Testis de auditu non probat.*
6 *Quis in rixa interueniens non est testis idoneus.*
7 *Testis receptus parte non citata non probat.*
8 *Accusatore non probante liberatur accusatus.*
De auxilio non potest condemnari non probato delicto.
9 *Sublato principali non considerantur sequentia.*
10 *Stans armatus delicto auxilium dicitur præstare, etiam si nihil agat, & nu. seq.*
11 *Quod verum, quãdo scienter & dolosè fuit præsens, aliàs secus.*
12 *Et in dubio non præsumitur, quòd dolosè.*
13 *Vt quis teneatur de auxilio multa sunt probanda.*
14 *Et illis probatis non præsumitur, quòd dolosè fuerit præsens.*
15 *Sola præsentia alio non probato non probat auxilium.*
16 *Nec in dubio id erit præsumendum.*
17 *Præsentia ut probet auxilium, habere debet alias qualitates.*
18 *Si statutum tollit appellationem, non propterea tollit remediũ supplicationis.*
19 *Ablatiui absoluti conditionem important.*
Conditio antequam impleatur, nihil ponit in esse.
20 *Fideiußores dati præsumuntur sub illamet cõditione, qua principalis tenetur.*
21 *Fideiussor non potest in plus obligari, quàm principalis.*
22 *Pax non dicitur rupta per eum, qui se defendit.*
23 *Item & quando aduersarius dedit causam, & fuit origo rixæ.*
24 *Minus etiã quando rixa fuit facta ex causa noua dicitur rupta.*

CONSILIVM CLXIIII.

